

- bili casu tradit D. meus Rimin. conf. 268. col. 11 fi. si sicut & statutum. Bar. in l. 1. §. filium. ff. de contratab. cum siml. per Nartam conf. 74.
- 12 col. fin. † Quinimò probabiliter dicendum puto, quòd in dicta prohibitione comprehendatur legitima competens dicto Nicolao Alberto in bonis paternis ea ratione: quia dicta prohibitio facta fuit ad prouisionem dicti filii, vel alterius, qui maleficium committeret, ne portio sua in fiscum transfret. Voluit enim quòd ad alios iret, donec ipse committens maleficium restituatur in patriam, & sic quòd re-
- 13 stitutus eam portionem consequeretur. † Vnde patet illam prohibitionem confiscationis fuisse factam ad commodum & prouisionem filii committentis maleficium, sicut de prætentione & exheredatione filiorum dicitur in l. multi non nota. ff. de liber. & posthu. & in l. filius matrem. C. de inoff. testa. † quo casu cõprehenditur legitima, non autem dispositio reititur quòd ad legitimam filii, per l. quonia in prioribus. C. de inoff. testa. quoniam lex illa procedit quando facta fuit ad grauamen filii, secus autem quando ad prouisionem, vt per Bar. Bal. & alios in d. l. filius matrem. & in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil. Alex. & Ias. in d. l. multi. reiecta sententia Bal. contraria in l. si pater, tertia oppositione. C. de insti. & substit. & cum prædictis latius concordat Roderic. Suarez in d. l. quoniam. limitatione 1.
- 15 † Confirmatur, nam quando prohibitio reperitur facta minori ualet eum eius fauorem concernat etiam respectu legitimæ, nec ei potest renunciari. l. 2. C. de usucap. pro empt. ita Cast. cõf. 136. Ias. in l. filius familias. §. diu. lect. 2. col. 4. uerf. limita notabiliter. ff. de leg. 1. & post eum Rip. num. 28. post Pic. & Ferratum quos citat Rube. confil. 27. colum. 2. Aret. confil. 22. colum. 2. At Nicolaus Albertus tempore dictæ prohibitionis sine dubio minor erat, & insuper tempore delicti commissi, ergo ualuit etiam respectu legitimæ suæ. Hinc ergo concluditur D. Nicolaum Albertum qui bannitus uita functus est (vt proponitur) nulla bona paterna habuisse, si propter maleficium commissum ab eo fuerunt aliis fratribus applicata per communem parentem, ne in fiscum transfrent. † Quod etiam confirmatur, nam priusquam sententia banni promulgaretur d. Nicolaus Albertus renunciauerat hereditati paternæ, sicut & D. Marci Anto. sui fratris ab intestato prædefuncti ad fauorem, & commodum aliorum fratrum, quo stante nec ei si uiueret, nec D. Joanni eius filio ex persona patris uenienti debet ad ea regressus dari. l. quaritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edic. Crau. conf. 24. nu. 4. & conf. 74. num. 7. Paris. conf. 69. num. 20. vol. 3. D. meus Rimin. conf. 249. col. 1. cum si-
- 17 mil. † Non enim potest D. Joannes conqueri de repudiatione facta per eius patrem, cuius fuit hæres, vt per Bal. in l. qui se patris. num. 9.
- C. vnde liber, quem sequitur Alex. conf. 13. nu. 7. conf. 19. nu. 14. uolum. 5. & alii quos citat Menoch. in d. conf. 91. nu. 9.
- 18 † Nec dici potest, talè renunciationem D. Nicolai Alberti velut in fraudem fisci factam non ualere per l. in fraudem. ff. de iure fisci; quia procedit ille text. facta condemnatione delinquentis, secus ante, ut in casu nostro. l. cum quidam. eod. tit. & utrobique glo. Bar. & Doctores. sicut & Socin. Lun. conf. 124. num. 8. uolum. 3.
- 19 † Confirmatur, nam fiscus nullum ius habet in bonis delinquentis ante condemnationem illius, vt declarat Negusant. in trac. de pignori. in 4. memb. secundæ partis, nu. 115. Vnde dicit Bal. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. quòd clericus homicida licet retinet beneficium ante sententiam, sequitur Io. de Selua in trac. de benefic. tertia parte, quæst. secunda, meritò potuit d. Nicolaus Albertus facere dictam renunciationem, iuxta tex. in l. qui aut. in prin. ff. quæ in fraud. creditor. ubi repudiàs quod poterat querere, non dicitur in fraudem creditorum facere, † & quod ponit Dec. conf. 260. per totum de marito renunciante lucro dotis sibi ex statuto deferendo, casu quo vxor præcederet, quod facere potest, nec inde dicitur creditores fraudare. Alberi. in l. patrem. ff. quæ in fraud. creditor. Paris. conf. 127. col. 2. uol. 1. Roland. à Valle in trac. de lucro dotis.
- 21 quæst. 40. † & in terminis nostris decidit Nelus in trac. de bannit. secunda parte, primi temporis, quæst. 30. in fin. quem sequitur Boss. in tit. de bonor. publicatio. nu. 29. Menoch. in d.
- 22 conf. 91. nu. 4. † præterea casu quo non ualisset dicta renunciatio, velut in fraudem fisci, (quod tamen negatur ex prædictis) non tamen de hoc D. Joannes iunior opponere potest, & querimoniam facere, sed solus fiscus, doctrina est Bal. & Floriani in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. ercis. post Ricard. Malumbr. dicunt enim, quòd si quis instituat filium spurium, alii consanguinei non possunt illi facere questionem hereditatis, sed solus fiscus est ille qui poterit ei mouere controuersiam, poteritque conuentus agentibus dicere, quantum ad vos liberas ædes habeo. † Idemque pulchre tradit Bal. cõf. 436. testator instituit. colum. 2. uol. 3. in antiq. ubi uult, quòd nullus alius, quàm fiscus obijcere possit incapaci de incapacitate sua, putà uenientes ab intestato. Ratio est, quia deducunt ius tertii, idest fisci, quod est impossibile, cum non habeant mandatum à fisco. Item cum non simus coram iudice fisci, nec sit præsens fisci patronus, ut per eum, qui idem ponit in l. 1. in fi. C. in quib. caus. in in-reg. restit. non est necess. ubi dicit expressè, quòd de confiscatione nullus, nisi fiscus potest referre questionem, refert & sequitur Alex. in additio. Bar. in d. l. his consequenter. §. 1. † & cum prædictis etiam concordat Anch. conf. 275.

ad fin. volens, quòd licet commune Bononiæ possit auferre bona bannito tanquam indigno, nullus tamen alius ad utilitatem suam possit excipere de iure dicti communis, si ipsum commune eo iure non utitur, & sic istæ decisiones omnino tuentur istos fratres conuentos aduersus D. Ioannem agentem, si uelit opponere contra prohibitionem publicationis bonorum à testatore ordinatam in euentum maleficii committendi per aliquem filiorum suorum, vel aduersus renunciationem dicti D. Nicolai Alberti. De his enim casu quocumque dici possit (quod negatur) nullus opponere possit præter fiscum, quod benè notandum est.

Quibus ita stantibus, infero ad diuisiones bonorum communium factas inter Do. Thomam Pacianum patrum & D. Ioannem Iuniorum nepotem, quòd nullus fuerit momenti, nec ullo modo, præiudicent istis fratribus & filiis dicti D. Thomæ, † idque probò arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod ualet in iure. l. patre furioso. & ibi Bart. Bald. & alii. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & insti. eod. in prin. C. de iur. in centuria sua. Aut enim D. Thomas ignorauit, nullam extare communionem bonorum inter eum & nepotem, pro ut stantibus prædictis uerè non extabat, & error fuisse dicitur in causa contractus dictæ diuisionis, qui eum nullum reddit, ut de ultima uoluntate est tex. in l. si pater. C. de hered. insti. & in notabili casu ponit Ruin. in consilio 263. nu. 7. uolum. 2. † & de contractu in l. cum hic status. §. fin. ff. de donat. inter uir. & uxor. ubi si quis donat alicui tanquam uxori, quæ non est, corrui donatio, quem textum reputat ad hoc singularem Bal. in l. eam quam, col. 7. C. de fideicom. Alex. & Ias. in d. l. si pater. & in terminis diuisionis sunt iura clara, uidelicet in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ignor. in l. si soror. C. de collatio. & in l. 2. C. communia vtr. iudic. quæ uolunt, diuisionem erroneam retractari, & quæ citat hanc conclusionem late corroborans Menoch. in allegato 37 conf. 91. num. 26. usque in fin. † cui duntaxat addo, quòd errans non dicitur consentire: nihil enim tam contrariū est consensui, quàm error, ut inquit text. in l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. † Vnde Connan. in commentariis suis lib. 5. cap. 4. col. fi. dicit, acceptilationem inutilem esse, nec in vim pacti nudi defendi posse factam per errorem propter defectum consensus, & in alio casu ponit Ceph. confil. 29. 20. nu. 29. † Aut uerò dicimus, quòd D. Thomas sciuerit nullam communionem bonorum extare inter eum & nepotem, sed ea esse præcipua & propria ipsius D. Thomæ, sed quòd crediderit se teneri de iure ad ea diuidenda cum nepote suo, & sic quòd errauerit in iure, & adhuc talis diuisio erronea in iure sibi nocere non potuit; quia nullus iuris error in damnis amittit.

tendæ rei suæ nocet. l. error. C. de iur. & fact. ignor. iuncta præcedenti. ubi dicitur, quòd iuris ignorantia suum petentibus non nocet, 30 † Aut uerò uolumus attendere, quòd D. Thomas etiam sciuerit dispositionem iuris, & ita se non teneri ad diuisionem prædictam suorum bonorum cum nepote, qui nihil iuris in eius habebat, sed diuidendo censeri uoluisse donare, † cum potissimè facillè donatio præsumatur inter coniunctos. l. Procula. ff. de probatio. Doc. in l. quæ dotis. ff. sol. matri. & tunc nec 31 istud dici potest, † quia quando partes faciunt actum nullum scienter, nugari uidentur, meritò si non ualet, eo modo quo fit, non ualet etiam eo modo quo ualere potest, ut tenent Cuma. Cast. Alex. Ias. & Rip. in l. 1. §. si quis ita. 32 nu. 29. ff. de verbo. obligatio. † & ad inducendam donationem inter coniunctos multa requiruntur, vt declarando. l. Procula, docet Soc. conf. 25. num. 10. uolum. 4. sicque respondet in casu nostro Menoch. in d. conf. 91. nu. 53.

34 † Quinimò præter illum subiectio, quòd ubi dici possit, diuisionem prædictam in vim donationis transfundi (quod uerum non credo) quia facta expressione contractus diuisionis uerborum significatio nõ patitur, ut fiat transitus in formam alterius contractus, qualis est donatio, iuxta doctrinam Bar. in l. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mor. & per Dec. conf. 293. in fi. † nihilominus adhuc in effectu non ualisset donatio libras centum excedens, sed fuisset ipso iure nulla sine insinuatione vigore statuti Mutinæ sub rubrica de donatio. de qua re copiosè & eleganter tetigit D. Consulens me citans inter cetera in §. 1. instit. de donatio. nu. 157. ubi post Bald. conf. 375. certum est columna 1. uolumine 3. Canarium in trac. insinuat. quæst. 10. nu. 22. & Tiraquell. de leg. 36 connub. glo. 6. num. 177. † dico fortius, quòd si iudex adeatur causa donationis celebrande, tamen coram eo donare uolens nominatim non indicat, quòd intendit donare, sicque iudici non innotescat, quid agatur, non dicitur insinuata donatio, licet superficialiter coram iudice fuerit contractus factus, † quod ut uerissimum nunc ego præter ibi per me deducta no uiter corroboro. Nam leges mandant donationem excessiuam insinuari apud iudicem. l. donatio. in fin. in hac. C. de donatio. quæ dictio apud, æquipollet dictioni coram, vt Grammaticis est notissimum, & probatur in l. eum pro quo. iuncta glo. ff. de in ius uoc. l. de iure. ff. ad municip. & ponit Alberi. in verbo apud.

38 † At coram iudice factum non dicitur, nisi eo intelligente. l. coram. ff. de verbo. significa. l. diem. §. coram. ff. de arbitr. & ibi not. Bald. Castr. & alii, igitur est impossibile, iudicem intellexisse, quòd Do. Thomas uoluerit donare nulla mentione donationis facta, quare nec insinuata dici potest allegata donatio.

Supereft alius articulus de bonis subiectis fidei-

fideicommissio per D. Ioannem Pacianum. Na casu quo quis filiorum suorum decesserit sine filiis masculis, superiuvenes fuerunt substituti, 39 † in quo missa illa conclusione de filiis positus in conditione etiam sub mentione masculinitatis, qui non censentur vocari, vt feriosè scripsit dominus Consulens, quam latissimo folio sequitur Roland. à Valle consil. 51. colum. 6. & 7. volum. tertio, ubi me pariter citat in addit. ad 40 D. meum Riminaldi in consil. 326. † & dicit hanc esse communem conclusionem post Torniel. consil. 43. inter consilia Porsii, & infinitos etiam cumulat Ant. Gabriel. Roma. in suis conclusio nibus, lib. 4. de fideicom. conclus. 4. nu. 8. & 9. sicut & Bursar. consil. 1. nu. 7. post Vasquium in trac. de successio. libro primo. S. 4. nu. 3. & Mar 41 zarium de fideicom. quaestione 20. † qui referunt ita fuisse iudicatum in uariis locis. idque maximè stante statuto foeminarum exclusio. ut per Soc. Iun. consil. 111. nu. 32. & consil. 18. nu. 19. uol. 1. quem Gabriel, & dictus Bursar. sequuntur; quia forsan dici posset, licet D. Io. Iunior filius D. Nicolai Alberti fuerit positus in conditione, & sic minimè uocatus fuerit ex 42 testamento, † tamen cessare fecit fideicommissum, ad quod erant vocati ceteri filii testatoris, & ipse ab intestato successit, vt declarat Bar. & alii in l. Lucius. ff. de hæred. insti. quia substitutio facta alicui decedenti sine filiis expirat eo decedente cum filiis, vt per Castr. Alex. & Rip. in l. ex facto. S. pen. ff. ad trebel. Dec. consil. 63. col. 2. consil. 95. col. 4. & consil. 269. nu. 13. consil. 43. 414. num. 3. & consil. 427. † & in specie ponit Ceph. consil. 282. nu. 11. ubi dicit, quòd licet filii positi in conditione non censentur uocati, 44 tamen excludunt substitutum. † ego dico, per aliam viam defendi posse, quòd iste D. Ioannes in dictis bonis uigore dicti testamenti niti nõ possit; quoniam testator in euentum q̄ aliquis filiorum suorum committeret aliquod maleficiũ, propter quod bona illius uenirent publicada, & fisco applicanda, noluit dicta bona aliquo modo ad talem filium peruenire, nec in eum transferri, sed quòd uadat ad alios filios suos, 45 † quæ translatio in aliam personam conceditur, & inducit tacitam ademptioũ priori personæ, cui fuerat relicta. l. sicut. cum seq. ff. de ademp. leg. & instit. eod. tit. in fine, merito recessisse dicitur testator à priore fideicommissio iniuncto D. Nicolao Alberto, si decesserit sine filiis, sicq; D. Ioannes eius filius ut in conditione positus eo niti nõ potest, dicens q̄ illud cessare fecit, & successit ab intestato, nam posset esse verũ, quãdo pater eius nõ deliquisset, & sic pars bonorum sibi relicta penes eum remãssisset; sed quia deliquit, & eo, casu bona translata fuerunt in alios fratres, eius filius non potest ab intestato in eis succedere patri, qui tẽpore mortis ea non habuit, velut in alios fratres translata. 46 † Confirmatur hoc etiam stante renunciatioe dicti Nicolai Alberti. suis fratrib. facta.

Nam cum verum sit, D. Ioannem eius filium in conditione tantum positum non fuisse uocatum ex testamento, sed expirasse fideicommissum iniunctum patri suo per eius super existẽtiam, sequitur, q̄ bona libera remanserunt apud patrem suum ab onere fideicommissi, & propterea potuit prohibito eis renunciare fratribus suis, etiam in præiudicium filii: † quia nullum ius habebat D. Ioannes filius suus in vita patris sui in eius bonis. l. post emancipationem. S. 1. & ibi Bar. ff. de liber. legat. & in l. fi. C. de pact. & post eum Iaf. Dec. D. meus Riminaldi. & alii qui talem spem uanam appellant, quod & latè tradit Iaf. in l. is potest, colum. tertia. ff. de acqui. 48 hæred. † immo uerò nec in legitima filius dicitur habere uerum probabilem uiuentem patre. l. 1. S. si impuberi. ff. de collatio. bonorum ibi præmatura enim est spes, & ibi declarat Bart. in l. fin. per illum tex. ff. de lib. agnoscen. cum aliis infinitis à me cumulatis, insti. quib. alie. licet in princ. num. 262. cum duobus sequen. quibus nunc addo Ceph. consil. 214. nu. 8. & Senatum Pedemon. decis. 172. nu. 15. 49 † Postremò latè persuadere conatur hanc conclusionem Menoch. in d. consil. 91. col. 1. stante banno dicti Nicolai Alberti, qui cum posset impunè offendi ex statuto Mutinæ, factus fuit incapax successiois paternæ, nec ex ea quicquam consequi potuit, merito nec in ea filium successorem habere, per allegata per eum, quã conclusionem latissimo folio examinaui in l. ut vim. post Dec. ff. de iust. & iure, nu. 120. cũ sequentibus. ubi licet contra senserim in alio statuto simpliciter loquente, in illo tamen Mutinæ eam admisi nu. 136. cum dicat, quòd ban nitus sit exclusus ab omni actu legitimo, igitur & à successione, quæ de iure communi deferretur in loco statuti, ad ibi dicta me remitto breuitati consulens. Quare patet omni respectu intentionem Do. Ioannis agentis non subsistere de iure, & ad fauorem D. Fratrum de Pacianis esse iudicandum, prout etiam D. Consulens scripsit, in cuius sententiam per supradicta præter eum transire uolui.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro magnifico Do. Cesare Pasqualletto.

ARGUMENTVM.

De legitimatione inualida pluribus rationibus. Et eius approbatione, sicut & testamenti minus piudiciali approbati; aut eius heredi.

SVMMA R I V M.

1 Sententia que transiit in re iudicata facit ius irrita etabile, & est altera natura, quia creat originẽ. 2. Et

Et facit de albo nigrum. 3.  
4 Sententia lata pro legitimatione amplius in dubium refricari non potest.  
5 Contrariorum est eadem disciplina.  
6 Exceptio rei iudicata obstat agentis ex eadem causa &c.  
Et est exceptio litis finita, que ad meritum & processum potest opponi. 7.  
8 Legitimatio propter vitium surreptionis est nulla. 9. 15.  
10 Surreptio modica vitiat priuilegium, & gratiam.  
11 Surreptio consideratur quando tacitum quid fuit, quo expresso superior non concessisset, aut non ita facile.  
12 Filij nati ex viro nobili & ex muliere ignobili ac uili non legitimantur præ subsequens matrimonium quò ad successiois effectum.  
Quæ sententia communis est. 13.  
14 Mandatum ad impetrandam legitimationem debet esse speciale ad quid.  
15 Legitimatio duplici defectu tacito vel altero omisso nulla est, vt surreptitia.  
16 Vincula duo strictius ligant vno.  
17 Prohibitio duplex vna potentior est.  
18 Comes Palatinus legitimare non potest sine iusta & probabili causa.  
Et est communis opi. 19.  
20 Legitimationis causa non sufficiunt, quòd quis in peccato sit genitus, aut dignus misericordia, velut alieno vitio laborans.  
21 Comiti Palatino asserenti se motum ad legitimandum iustis ex causis non statuit.  
Licet quidam contra. 22.  
23 Lex si forte. ff. de castr. pec. procedit in priuato non in iudice.  
24 Causa cognitio non presumitur interuenisse propter breuitatem temporis.  
25 Iudicis standum est assertioni de causa cognitione ubi non requiritur diligens perquisitio, vt in emancipatione vel manumissione.  
Alias secus, vt in contractibus & id genus.  
26 Comes Palatinus non potest legitimare subditum alicuius Principis non accedente illius Principis assensu.  
27 Legitimus non fit habilis stantibus agnatis legitimis & naturalibus sine consensu illius, de cuius hereditate agitur vigore statuti Ferrariae, quòd legitimi non succedunt.  
27 Legitimatio facta contra voluntatem testatoris est nulla.  
28 Legitimus ad succedendum ex testamento & ab intestato non intelligitur legitimatus ad succedendum contra testamentum. 30.  
29 Legitimatio limitata ad talem modum successiois non porrigitur ad diuersum.  
Et vnum defectum tollens non purgat alium præmissum. 31.  
32 Comes Palatinus dispensans circa defectum natalium non trahitur ad alium defectum & impedimentum.

33 Dispensatio vna fauorabilis est plures uerò sunt odiosa.  
34 Clausula generalis non obstantibus, non sufficit ubi plura obstant.  
Nec aduersus statutum publica utilitate indutum. 35.  
36 Clausula habentes exprimenda pro expressis &c. quando non sufficit. 37.  
Et est communis opinio. 38.  
Comprehenditur q̄, quando fit mentio de quacunque clausula & quibuscunque uerbis derogatorijs propter uerba uniuersalia & geminata. 39.  
40 Clausula habentes pro expressis &c. non operatur, quando concedens non fuit informatus.  
Sicut nec clausula ex certa scientia.  
41 Priuilegium primum non censetur reuocatum per secundum in dubio, licet clausulas generales derogatorias contineat.  
Fallit si motu proprio secundum fuit concessum secus si ad alterius petitionem. 42.  
43 Quilibet tenetur scire statuta loci.  
44 Approbatio ualidat legitimationem nullam saltem in vim pacti, & quando. 66.  
Maximè si stipulatio interuenit. 46.  
Que etiam de iure Canonico non requiritur. 47.  
45 Sententia ualet iure publico à quo fomentum recipit.  
46 Sententia nulla ualet in vim pacti, si fuerit approbata per stipulationem.  
48 Actionem cui damus fortius exceptionem.  
49 Obligatio defuncti transit in heredes.  
50 Fulgosi doctrina consil. 67. recitatur. 51.  
Et de eius ueritate disputatur. 70. 75. 78.  
52 Promitti potest res propria & aliena habere licere.  
53 Hæredi non licet venire contra factum defuncti.  
Et repellitur, quia reputatur eadem personarum defuncto. 54.  
55 Confessione propria quis contrauenire non potest.  
Nec eius hæres. 56.  
57 Notarij stipulatione ius absenti non quaritur ante ratificationem.  
Et sufficit etiam tacita ratificatio. 58.  
59 Confirmatio non extenditur ultra quàm actus confirmabilis.  
60 Legitimatio petita sub prætextu non uero nulla est.  
Seu sub præsupposito quod non erat.  
61 Surreptio denotat defectum voluntatis.  
62 Inuestitura surreptitia nulla est defectu voluntatis.  
63 Surreptio potest semper opponi Commissioni executoris, ratioq; subijcitur.  
64 Comes quando noluerit legitimare quem ad aliud.  
65 Legitimatio prouidens in futurum non debet ad præteritum trahi.  
69 Glossa in l. 2. C. commu. vtri. iudi. quando procedat, declaratur. 67.  
68 Partes non possunt tollere liberam facultatem testandi alterius, & impedire testamentum illius.  
Hippol. Rimi. T. Secundus. Ec Hæres

- 69 *Heres non tenetur approbare factum defuncti quod ab eius potestate non pendebat. Nec eius personam representat in hypotheca--ria. 71.*
- 72 *Hypothecaria competit pro rebus per fideicommissum relictiis.*
- 73 *Lex cum à matre. C. de rei vindic. procedit in actu valido secus in nullo. Licet Arrius Pinellius contra. 74.*
- 76 *Promissio facta pro se & heredibus suis non ligat filium qui venit ut filius non ut heres. 77. 79. Maxime quando filius non est nominatus ut filius. 80.*
- 81 *Presumitur quis ignarus lingue latine.*
- 82 *Doctor hodie non presumitur in prateritum fuisse talis.*
- 83 *Scientia sine laboribus haberi non potest. Et sine doctissimis preceptoribus. 84.*
- 85 *Approbens testamentum latinum presumitur id non intellexisse.*
- 86 *Argumentum à contrario sensu valet.*
- 87 *Dictio ita, denotat modum.*
- 88 *Actus fieri debet ea lingua, qua intelligatur ab his quibus actus ille potest precipitari.*
- 89 *Notarij assertioni, quod altera partium habuerit plenam scientiam de aliqua re non creditur. Et de ratione. 90.*
- 90 *Notarij verba non probant, nisi ea de quibus rogatus fuit à partibus. Tantò magis quando testatur, quid quod non interuenit, nec potuit interuenire tempore sui rogatus. 91.*
- 92 *Argumentum ab enumeratis valet.*
- 93 *Clausula sciens &c. non excludit, quin possit probari contrarium. Exemplumq. datur. 94.*
- 95 *Testamentum debet vulgariari.*
- 96 *Sententia inter Græcos à Iudice Latino ferenda est verbis græcis.*
- 97 *Diuinitio non conceditur.*
- 98 *Probatio debet concludere per necessè non per possibile.*
- 99 *Testamenti latini publicatio non concludit, quòd sic ante fuerit alicui prædictum.*
- 100 *Dolo versari videtur, qui fecit generaliter ratificare promissiones & pacta sine specificatione speciali.*
- 101 *Ratificatio ut valeat que requirantur.*
- 102 *Consensus præiudicat si fuit adhibitus super actu valido secus si nullo.*
- 103 *Contractus à patre factus de bonis feudilibus sine consensu Domini nullus est.*
- 104 *Heres de iure Canonico non tenetur magis inuentario non confecto quam eo facto declarando, ut per auctorem. Et ob id potest venire passim contra factum defuncti eo iure.*
- 105 *Ferraria seruatur ius Canonicum.*



**A**RBITOR legitimationem, qua nititur D. Camillus Pasqualettus nullo modo sibi prodesse posse in retinendis bonis olim D. Zànoni de Pasqualettis fideicommissio suo subiectis. Namq; producta fuit per eum, & tamen per duas sententias conformes condemnatus fuit ad relaxadum dicta bona D. Cæsari Pasqualetto, quæ sententiæ cum transuerint in rem iudicatam, fecerunt ius irretractabile inter partes. I. eleganter. S. si quis post. ff. de condit. indeb. nam pro veritate habentur. I. res iudicata. ff. de reg. iur. l. ingenui. ff. de itatu homi. f. vnde Bal. in l. nihil. col. 5. de elect. notabiliter dicit, qd sententiæ diffinitiuæ est altera natura: quia ius facit, & originè creat. l. 1. in fin. cum duabus sequentibus. ff. de liber. agnos. sequitur Natta conf. 524. col. 2. quibus accedunt Curt. Ipp. conf. 177. col. 5. Ias. in l. Iulianus. ff. de condit. indeb. & Crau. conf. 79. col. 2. dicentes post Bal. quem citant, qd sententiæ talis facit de albo nigrum, & de nigro albu, & naturalia vincula sanguinis mutat, sequitur Roland. à Valle conf. 83. nu. 15. vol. 1. & consil. 6. nu. 16. & 17. vol. 3. & pulchrè Bero. consilio 127. col. 4. vol. 1. f. ubi vult, sententiam latà pro legitimato amplius in dubium refricari nõ posse de illius illegitimitate. Quare sic è conuerso latis sententiis in casu nostro contra legitimarum non potest amplius quæri de uiribus legitimationis, f. ut contrariorum sit eadem disciplina. l. si. contra quoque. ff. de leg. 3. & licet hoc solum sufficere deberet ad exclusionè D. Camilli: f. quia sibi agenti ex eadem causa contra eundem D. Cæsarem coram eisdem, vel etiam diuersis iudicibus obstat exceptio rei iudicatæ. l. cum quæritur. cum sequenti. ff. de except. rei iudic. f. & cum talis exceptio sit litis finitæ potest opponi non solum ad merita causæ, sed etiam ad processum. Bar. in l. 1. & 2. ff. de iure iur. Alex. in l. nam & postea. in prin. post gl. eod. tit. Bal. in l. postquam liti, C. de pact. Bero. conf. 108. nu. 3. Tamen ut summa iustitia, quæ fouet D. Cæsarem ex aliis rationibus magis elucescat, f. dico legitimationè prædictà, propter vitiu sursuppressionis esse nullà, sicut in aliis priuilegiis, gratiis & beneficiis est constitutu. l. & si nõ cognitio. C. si contra ius. Bal. in l. pscriptio. ne, eod. tit. Abb. post alios in c. ad audientia. de rescrip. Rui. conf. 28. nu. 6. lib. 1. f. & de legitimatione tradit Anchar. conf. 241. ex tenore priuilegii. Oldra, conf. 247. factum tale est quidam Rex. & Ruin. conf. 66. num. 27. volum. 3. Curt. abundè conf. 16. col. pen. f. ubi subiungit, quòd etiam modica sursuppressio vitiat priuilegium & gratiam. c. si proponente. de rescript. Bened. de Plumb. in l. 1. ff. de nat. restit. cum similibus per

per eum, & cum prædictis etiam concordat Socinus conf. 65. num. 14. & conf. 120. num. 6. volum. 3. latè Neuz. conf. 99. num. 13. f. Consideraturque sursuppressio quando tacitum quid fuit, quò expresso superior, aut non cõcessisset, aut non ita facillè. c. super literis. versic. si uerò. c. postulasti. de rescript. Gemin. conf. 63. col. 2. & conf. 65. col. fin. Crauet. conf. 296. colum. 5. vers. Secundo talis. At in mandatis & petitione porrecta Comiti Palatino pro imperanda legitimatione tacitum fuit, quòd D. Zannonus in testamento prohibuit filios & descendentes eorum nubere mulieribus vilibus, tam ratione sanguinis & agnationis, quam morum & honestatis nec dignis æquiparari eorum conditioni sub pœna priuationis hereditatis, & eius translationis in alios; ex quo patet eum noluisse succedere genitis ex prædictis coniunctionibus inæqualibus in bonis suis, quæ quidem qualitas & phibitio testatoris, si fuisset expressa Comes Palatinus aut legitimationem non concessisset, aut non ita facillè. f. Probatur, nam sicut apud Doctores crebrius decisu reperitur, filios natos ex viro nobili & muliere vili non legitimari per subsequens matrimoniu quò ad successioneis effectû, ut voluit Ang. i. S. sed & aliud. in auth. quib. mod. nat. eff. legit. Bal. in auth. idem si quis 2. C. de natur. liber. gl. in S. sit igit. ver. permittimus. in auth. quib. mod. nat. eff. legit. & post. eam Bald. in c. illud. de presump. Curt. Iun. conf. 136. nu. 10. Veronès. caut. 250. Card. Alex. in c. tanta. quest. 16. qui fil. sint legi. & Prapof. col. pen. Picus in l. Titia cum testamento. S. Titia cum nubere. nu. 52. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. 4. qua Illustres. nu. 5. C. ad Officia. Martin. Laud. in sua disputat. incip. Augerius. col. 23. Io. Lup. in c. p. vestras. de don. inter vir. & vxor. S. 7. col. 2. Rui. consil. 12. nu. 10. vol. 1. & conf. 92. nu. 16. vol. 3. conf. 51. nu. 8. vol. 5. Mátua conf. 38. nu. 11. vol. 2. Aldobrandi. in S. fin. Instit. de nupt. sub num. 12. Soci. Iun. conf. 52. nu. 2. vol. 1. f. qui cõem testatur, meritoq; nephas esse ab ea in iudicando recedere, demumque Cephal. conf. 186. num. 26. & consil. 176. nu. 18. Ita multu redditur verisimile, qd Comes Palatinus noluisse legitimare D. Camillu natum ex coniunctione inæquali contra prohibitionè testatoris faciendo legitimationè nullà & inualidà. Nam cum dispositio testatoris habeatur p lege. S. disponat. in auct. de nup. sicut factum contra formà legis dicitur nullum. l. nõ dubiu. C. de legib. c. cum dilecta. cum ibi not. de resc. pariter & factum contra voluntatem testatoris. Calca. conf. 8. col. 11. Crau. conf. 174. num. 3. Igitur ommissam narrari talem prohibitionem testatoris dici debet legitimationem vitio sursuppressionis nullam reddi.

11 *Accedit, qd in mandato tam D. Agamemnonis, quam D. Camilli illa qualitas ignobilitatis non fuit expressa, sed tantum, qd D. Camillus natus fuit ex D. Hippolyto tuc soluto, & ex*

D. Dominica tunc etiam soluta, merito quò ad qualitatem prædictam, quòd mulier esset ignobilis, legitimatio dicitur impetrata sine mandato. cum tamen debuisset interuenire etiam speciale, ut tradit Specul. in S. 1. de procur. vers. 24. & post eum Bal. in addit. Bero. conf. 5. num. 24. vol. 1. f. Præterea posito, quòd in mandatis dicta qualitas fuisset expressa, ex quo tamen non fuit alia qualitas narrata Comiti Palatino, qd restator prohiberet natos ex mulieribus vilibus succedere, nec illa fuit cognita Comiti, legitimatio redditur sursuppressio, & sic nulla, quia si de duplici vinculo notitiam habuisset, difficius legitimasset, ita pulchrè Rui. in terminis legitimationis declarat conf. 19. num. 22. vol. 3. post Oldr. conf. 247. factum tale est: f. quia duo vincula ligant strictius quam vnum auct. itaq; C. commu. de succ. c. 1. de tre. & pac. duplexq; prohibitio, ut hic legis prohibentis tales natos ex vilibus mulieribus legitimari, & testatoris pariter prohibentis tales succedere, f. plus operatur & prohibet quam simplex phibitio. S. sanctissimas. in auct. de non alie. Glo. in c. licet mulieres. de iureiuran. in 6. Imol. & Moder. in l. filiusfamil. S. diui. circa princ. ff. de lega. 1. idem Imol. in c. dilecto. de præbend. & in l. cum vir. ff. de vsuc. Alex. conf. 16. vol. 3. & vt plenius deducit Ruin. loco citato, idemque latè confirmat Mathæus Brunus Ariminensis conf. 175. num. 33. vol. 1. diuerforum ad vltimas voluntates, ubi citat etiam Castr. conf. 30. colum. fina. volum. 1. & Alex. conf. 195. nobilis Solonius. vol. 2. qui sequuntur Oldra & prædictis accedit etiam Fely. in cap. postulasti. col. 4. de rescript. Rui. conf. 73. num. 12. & conf. 97. col. 2. vol. 3. Roma. conf. 326. num. 10. vers. Quarto probatur. Dec. conf. 138. colum. 1. & 2. Neuz. consilio 99. num. 12. & latè confirmat ex multis Horatius Mandos. in addit. Romani conf. 194. in prin. quibus addo Roland. à Valle consilio 89. num. 42. volum. 1.

12 *Secundo vitiatum & corruit legitimatio prædicta veluti facta non expressa aliqua causa laudabili & iusta, quæ mouisset Principem ad legitimum: quicquid enim de Principe dici posset, f. tamen Comes Palatinus quantumcunque habeat amplam potestatem legitimandi, sine iusta & laudabili causa legitimare non potest, ut voluit Anton. de Rossell. in tract. legitimatio. sub rubrica de causa formali. Butr. in c. per venerabilem. colum. 3. qui fil. sint legit. Iacob. Zoch. & Prapof. Alexandri. ibidem. Anchar. conf. 241. ex tenore priuilegii, cum similibus quibus impugnat legitimationem ex isto capite. Curt. conf. 73. num. 16. Dominus meus Riminaldus conf. 113. col. 2. Dec. consil. 393. colum. fin. post Bald. in l. si testamentum. C. de testam. & in l. rescripta. quest. 3. C. de præcib. imp. offerent. Alexan. conf. 94. col. penul. vol. 1. Paris. consil. 1. num. 13. conf. 2. num. 28. consilio 12. num. 228. volum. 2. Socin. Iun. conf. 120.*

num. 29. vol. 2. ubi citat etiam Dec. consil. 579. colum. fin. & Vincent. Paleot. consil. 17. inter consil. Curt. † & hanc opinionem communem testatur Curt. Iun. consil. 75. num. 4. quem refert Emanuel Soarez. in Thesauro recept. sentent. litera. l. nume. 110. † Quod enim. D. Camillus non peccauerit licet in peccato genitus fuerit, & quod dignus sit misericordia velut alieno vitio laborans, non sunt iusta & probabiles, siue laudabiles causae, vt per Dec. d. consil. 314. alioquin semper inessent in quacunque legitimatione: & decisiones supra citatae seruiunt de vento, quod dici non debet † & licet Comes Palatinus dicat, se fuisse mortum ad legitimationem praedictam ex aliis iustis & rationabilibus animum suum mouentibus. Tamen in hoc assertioni suae non est standum, ex quo liberè actum explicare non poterat, sed de causis apparere debet, per doctrinam Bart. in l. si forte. ff. de castr. pecul. & Doctores in l. si donatione. C. de collationi. ubi Dec. D. meus Riminaldi. Ias. & alii, sicq; concludit in terminis legitimationis ille Mathaeus Brun. in d. consil. 175. num. 21. quod bene notandum est: quia, licet non dicat, fuit decisio Castr. consil. 91. super eo quod quaeritur, quem sequitur Alex. consil. 73. in fin. vol. 5. & Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. colum. 16. versic. Nora & secundò diligenter. ff. de offic. 22 procons. & legat. † & licet idè Mathaeus Brun. in d. consil. suo, num. 70. velit stari assertioni ipsius Comitum Palatini velut Iudicis, vt per Castr. in l. cum hi. S. si praetor. ff. de transactio. Alexan. in l. sciendum. colum. 6. num. 26. & 27. 23 ff. de verbo. obligat. † qui respondet ad d. l. si forte, quod procedit in priuato, non autem in Iudice, pro quo praesumitur, & idem voluit Socin. Iun. consil. 93. num. 61. volum. 3. & Ruin. consil. 87. colum. penul. volumine tertio. † Tamen adhuc defendi potest praecedens opinio, quando constat ex breuitate temporis, quod verisimiliter non potuit interuenire causae cognitio; vt quia eodem tempore reperitur petitio data Comiti, & sequuta legitimitio, vt in casu nostro, in quo vtrunq; reperitur in eodem instrumento, ita Anchar. consil. 83. columna secunda. Alex. consil. 218. visis verbis, colum. fina. volum. secundo, repetito consilio 45. volum. 6. Cuman. consil. 180. colum. 2. Ias. in d. §. ubi decretum, num. 69. Curt. consil. 46. columna quarta, versic. & in proposito. Ferrat. cautela fin. numero 8. Paris. consilio 98. numero 19. volum. 1. consilio 85. numero 46. volumine tertio. Alcia. in tracta. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 10. post Marfil. in pract. crim. §. nunc videndum. nu. 32. 25 † Vel secundò dici potest, standum esse Iudici de causae cognitione in casibus, in quibus non requiritur diligens perscrutatio, vt in emancipatione, vel manumissione facta per minorem, & id genus, secus ubi requiritur causae cognitio, vt in contractibus, & obligationibus mino-

rum, ita Alciat. loco citato. num. 5. quod & de legitimatione dici potest multum agnatis & substitutis prauidiciali. Tertiò, Comes Palatinus Summi Pontificis non potuit legitimare D. Camillum subditum Ducis Ferrariae infeudati à Summo Pontifice non accedente prauio consensu ipsius Ducis, vt in terminis docet Curtius in dicto consil. 73. nu. 28. dicens, Comitum Palatinum Imperialem in Ducatu Mediolani infeudato per Imperatorem Duci Mediolani sine eius consensu non potuisse legitimare subditum dicti Ducis, tantoque minus cum auctoritate Imperatoris id fieri potuit per dictum Comitem, cui ciuitas Ferrariae non est infeudata, & cum illa decisione Curt. tenet Ias. consil. 70. colum. penul. versic. Confirmo etiam. volum. 3. Socinus Iunior consil. 100. num. 21. volum. 2. & consil. 126. num. 22. volumine 3. & Cephalus consilio 23. num. 77. 27 † Quarto corruit dicta legitimitio, nec per eam factus fuit habilis D. Camillus ad succedendum in bonis subiectis fideicommissi dicti domini Zannoni stante statuto, quod legitimitio non succedat, ubi disponitur, eos non succedere patri, aut alteri agnato ab intestato stantibus aliis agnatis legitimis & naturalibus, qui de iure succederent, nisi fuerint legitimiti de voluntate, aut consensu expresso illius, de cuius hereditate agitur, sed indubitanter ista legitimitio non processit de voluntate D. Zannoni, velut emanata longè post eius mortem, immo contra expressam eius voluntatem: quia prohibuit suos descendentes nubere mulieribus vilibus & imparibus eos priuando, & bona sua aliis applicando ad finem, ne tales nati ex dictis mulieribus succederent, † ergo patet legitimationem praedictam fuisse nullam, velut emanatam contra voluntatem testatoris, vt dixi supra post Calca. consil. 8. col. 11. & Crauet. consilio 174. num. 3. sicq; D. Camillum, qui est talis, non esse capacem dictorum bonorum vigore statuti, & licet in fine subiungat, quod non intendit manus porrigere ad legitimationem, tamen in auctoritate Comiti concessa non continetur, quod possit legitimare inuito testatore, de cuius bonis agitur, & non obstante dicto, vel simili statuto, & ubi etiam id contineretur in auctoritate sibi concessa, non video, quod istud fecerit dictus Comes in sua legitimatione concessa domino Camillo, nam legitimitio eum ad succedendum in hereditatibus quorumcunque agnatorum & cognatorum tam ex testamento, quam ab intestato, non autem contra eorum testamentum, prout hic contingeret cum dominus Zannonus prohibuerit succedere natos ex vilibus mulieribus, † igitur talis legitimitio Comitum Palatini limitata ad talem, vel talem modum successionis non debet porrigi ad diuersum modum successionis, sicut quando limitata fuit ad succedendum in certa parte, nõ porri-

porrigitur ultra illam partem, vt post antiquiores voluit Castr. in l. pactum. in fin. C. de colla. & Alex. nu. 5. Castr. consil. 221. super puncto. Alex. consil. 25. col. 3. vol. 1. consil. fin. uol. 5. & in rub. ff. de lib. & post. ubi Ias. & alii quos citat Parisius consil. 9. col. fin. vol. 2. nam limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. cum vulgaribus, † & ita reperio, quod in terminis huius legitimationis arguit Ceph. consil. 111. nu. 23. ubi dicit, quod licet fuerit concessum D. Camillo, quod succedere possit in hereditatibus praesentibus & futuris relictis & concessis patri, auo & proauo, tamen hoc est intelligendum, dummodo per eos ipsi domino Camillo, expressè ex testamento vel tacite, per l. conficiuntur. ff. de iure codicill. fuerint relictæ, secus autem si per eos fuerint aliis relictæ: quia non est consentaneum, quod per legitimationem velut aliis auferre dictas hereditates illis relictas, sic enim dici debet in casu nostro, ubi vocati sunt nati ex mulieribus nobilibus & viro dignis, & exclusi nati ex ignobilibus, qualis fuit dominus Camillus. † Et positò, quod voluerit Comes omnem conditionem appositam in testamento, substitutione & fideicommissis quibuscunque per illa verba, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis verificari, & deficere in persona domini Camilli, non tamè dominus Zannonus testator hoc solo contentus fuit, sed quod etiam descendentes essent nati ex nobilibus mulieribus & viro dignis, non autem vilibus & imparibus, de quo Comes non prouidit, nec tollendo primum defectum dicitur satisfecisse non tollendo etiam secundum, vt supra deduxi post Oldra. Castr. Alex. Ruin. & alios in locis citatis. † Quod praeterea confirmatur, nam intentio dicti Comitum fuit habitare dominum Camillum ad dicta bona testatoris, quorum erat incapax velut non natus ex legitimo matrimonio, vt locutus fuerat dominus Zannonus, & ita dispensauit cum D. Camillo defectum natalium tollendo, vnde talis dispensatio, qua facta fuit respectu natalium, nõ debet trahi ad alium defectum & impedimentum, quod natus fuerit ex vili & ignobili muliere contra prohibitionem & voluntatem dicti domini Zannoni, iux. not. per Bald. in l. fin. col. 2. vers. & nota. ff. de constit. princ. † qui dicit, quod licet vna dispensatio sit fauorabilis, plures tamen sunt odiosae. l. si quando. C. de inoff. testa. quam secutus Baldum inducit Natta cõf. 504. num. 2. subdens post eundem Bald. in l. 1. colum. penult. vers. vnum etiam scias. C. de furt. 34 † quod clausula generalis non obstante, non sufficit, ubi plura obstant, sed de singulis defectibus est mentio facienda: quae lege si quando, auct. omnes peregrini. C. communia de success. cum similibus per eum, quibus addi possunt Dec. consil. 10. colum. tertia, vers. Quar-

to quia. Gozadin. consil. 9. numero 24. Dominus meus Riminaldus consil. 73. nu. 26. Fely. in c. postulasti. col. 4. ad fin. dereferit. & pulchre Alci. respons. 19. nu. 7. vnde licet Comes in legitimatione sua dixerit non obstantibus legibus & statutis contra vel praeter disponentibus, tamen non satis fuit ea clausula generalis in casu nostro, in quo plura aderant obstantia. cum praeter dictum statutum obstabat etiam testamentum D. Zannonis prohibens succedere natos ex vilibus mulieribus. 35 † Secundò dico, quod cum dictum statutum conditionatum fuerit pro utilitate publica, vt in fine dicitur ibi. Sed solù de bonis ciuili & subditorum pro utilitate publica disponere, vtique clausula praedicta nõ obstantibus, nõ sufficit: quia in concessione generali facta alicui non venit illud, quod respicit utilitatem publicam, vt notat Bald. in l. milites. circa fi. C. de testa. milit. & de clausula non obstante tradit Roma. cõf. 498. nu. 15. vers. secunda ratio, quae sequitur Dec. variato nu. col. 3. vers. tertio quia propter. † Nec insuper me retrahit dictus Comes subdès, ac ceteris contrariis quibuscunque habetis oia & singula de necessitate forsan hic exprimenda, etiam si de illis magis specificam, & indiuiduam fieri oporteret mentionem, pro sufficere expressis. † Quoniam nec talis clausula sufficit in casu nostro, per doctrinam Cyn. in l. 1. C. qu. imper. inter pupil. & uid. ubi dicit fuisse determinatum, quod quibusdam mulieribus concessum fuisset priuilegiu quod non tenerentur soluere decimam, uel alia onera derogando literis Apostolicis, nisi de tali priuilegio & loco specialis mentio fieret, illi priuilegio non sit derogatum, licet in literis Apostolicis sequentibus diceretur nõ obstante aliquo priuilegio, de quo specialis mentio fieri deberet, & ultra Cyn. ita late tenuit Federi. de Sen. consilio 233. casus talis est. Castr. consilio 53. passus iste dubitabilis. & abundè Dec. consil. 165. columna secunda, Gozad. consilio 9. num. 26. † qui plures allegat, & concludit esse communem. Quibus accedit Ias. consil. 165. uolum. 4. multos accumulans, licet Butr. contra senserit consil. 2. & post eum Rui. cõf. 127. ad fin. vol. 4. At statutum praedictum disponit, nullum non natum ex legitimo matrimonio etiam legitimum cum quacunque clausula, uel forma etiam quibuscunque uerbis derogatoriis roborata posse succedere. † Cum enim loquatur de quacunque clausula, & de quibuscunque uerbis derogatoriis, comprehenditur dicta clausula, continenturque uerba, non obstante aliquo priuilegio, de quo specialis mentio fieri deberet, uel similia uerba, aut similes clausulae, propter vim dictionum vniuersaliu quacunque & quibuscunque etiam geminatorum, pro quo satis sit allegare Crau. consil. 294. & consil. 308. sicut & Horatium Mandosum in addi. Roman. consil. 31. vberrimè loquentes. Merito per clausulam praedictam legitimationis non dicit esse

derogatum dicto statuto, ex quo de ipso nō re-  
 40 peritur facta mentio specialis. † tantoq; magis  
 hoc dici debet; quoniam Comes non fuit in-  
 formatus de existentia & tenore dicti statuti,  
 merito dicta clausula non operatur, sicut nec  
 clausula ex certa scientia, vt arguit Rui, cōf. 60.  
 num. 5. vol. 1. Iaf. in l. 2. §. substituere. col. 2. ff. de  
 vulg. & pupil. Cephal. conf. 133. num. 112. &  
 Roland. à Valle conf. 7. num. 106. vol. 3.  
 41 † Secundò non prætereo quoque notabilem  
 doctrinam, quam nos docet Roma. conf. 327.  
 sub num. 8. vers. Secundò respondeo. Nam po-  
 sita sententia gl. & Feder. de Sen. quos in prin-  
 cipio refert, quòd semper præsumi debeat pri-  
 mum priuilegium non censi reuocatum per  
 secundum, quando de hoc dubitari contingit,  
 distinguit, quòd aut Princeps concedit secun-  
 dum priuilegium cū clausulis derogatoriis ge-  
 neralibus proprio motu, & tunc illud priuile-  
 gium intelligitur derogare prioribus quamuis  
 habentibus clausulas derogatorias speciales ea  
 ratione, ne tunc spontanea libertas Papæ non  
 ad alterius importunam postulationem causa-  
 ta impediatur per indirectum, ex quo nō habet  
 notitiam priuilegiorum concessorum cū clau-  
 sulis specialibus, quorum potest probabiliter  
 ignorantiam prætere. c. 1. de constit. in 6.  
 42 † Aut verò conceditur priuilegium cū ver-  
 bis derogatoriis generalibus ad postulationē  
 alterius, & tunc loquitur conclusio Federici, q  
 non censeatur derogatum indultum primum  
 habens clausulas derogatorias speciales ea ra-  
 tione: quia debuit impetrās magis esse cautus  
 in diligenter impetrando, nunquid adesse ali-  
 qua constitutio suæ gratiæ impeditiua, & ita il-  
 lā exprimere, q Papa legitime potuerit illi de-  
 rogare, argumento. L. inciuiile. C. de furt. ibi, cu  
 rare cautius, vnde sibi imputet, si hoc non inue  
 stigando se ipsum decepit. Nos enim sumus in  
 hoc secūdo casu Romani: q legitimitio D. Ca  
 milli facta fuit per Co. Palatinum ad postula-  
 tionem suorum Procuratorum cum mandatis  
 43 D. Agamemnonis, & ipsius D. Camilli, † qui  
 præ oculis habebant dictū statutū, & illud scire  
 tenebatur. l. leges. C. de legi. igitur de ipso de-  
 buerunt exprimere taliter, q Comes potuisset  
 illi derogare, si voluisset, nā dato q dixerint nō  
 obstantē statuto Ferrariæ sub Rubrica, q legiti-  
 mati non succedant, non tamen dixerunt quid  
 contineat, & sic nō fecerunt expresseionem ne-  
 cessariam ad certificadum Co. Palatinū. Vnde  
 paria sunt de d. statuto mentionē nō fuisse factā,  
 vel minus legitime, siue sufficēter. l. 1. §. & qui-  
 dē. ff. qd cui. vniu. nomi. decif. Neap. 366. n. 10.  
 Licet tamen hac tot, ac tanta sint ad proster-  
 nendā legitimatiōē prædictam, nihilominus  
 audio D. Camillū magnā vim facere i duobus.  
 44 † Primò, q olim D. Iulius Pasqualetus pater  
 D. Cæsaris dum viueret dictā legitimatiōem  
 approbavit ex instrumento rogato per Code-  
 goriū, quo stante legitimatio prædicta licet nul-

la dicitur roborata consensu nouo D. Iulii, sal-  
 tem in vim contractus seu pacti, iuxta gl. notabi-  
 lem in l. 2. C. communia vtr. iud. vbi snia diui-  
 foria lata per Iudicē incōpetentem consensu  
 partium roboratur, non, vt declarat Castr. q va-  
 leat tanquā sententia: quia quò ad istum valo-  
 45 rem consensus partium nihil operatur, † cum  
 sententia valeat iure publico, à quo recipit fo-  
 mentum, non autem iure priuato, vt not. in l. si  
 diuersa. C. de transactioni. valet ergo iure con-  
 tractus, seu pacti, vt not. in l. 1. C. qui pro sua iu-  
 risdict. & ideo subdit Castr. si quæritur, an oria-  
 tur actio, distingui debet, q aut interuenit sti-  
 pulatio, & oritur, aut simplex pactum, & nō ori-  
 tur actio, sed exceptio ei qui est in possessione.  
 l. iurigentium. §. igitur nuda. ff. de pact. idemq;  
 probat Socin. conf. 88. num. 4. vol. 4. Dec. con-  
 sil. 499. in fin. quos allegat Federic. Scottus res-  
 pons. primo, Tomo primo, lib. 2. nu. 132. Vn-  
 de cum D. Camillus sit reus, & in possessione  
 bonorum, de quibus agitur, videtur tutus exce-  
 46 ptione dictæ confirmationis, † tantoq; magis,  
 q interuenit stipulatio inter eum & D. Iulium,  
 quo casu sine dubio confirmatio valet, & indu-  
 citur sententiā nulla. vt per Bal. in c. cū causam.  
 col. fin. vers. Nota attestaciones. de testi. Soc.  
 conf. 229. col. 2. ad fin. vol. 2. Deci. conf. 475.  
 col. pen. Crau. conf. 29. num. 6. Dec. in c. exami-  
 nata. col. 1. de confirma. vtil. vel inutil. Paris.  
 conf. 24. in fin. vol. 2. Felyn. in c. significasti. co-  
 47 lum. pen. de for. compet. † Vltra quòd etiam  
 de iure canonico stipulatio non requiritur ad  
 confirmationem conualidandam, vt per Abb.  
 in c. dilecti. ad fin. de arbit. quod Ferrariæ ser-  
 uatur. glo. in auth. vt eccles. Roma. ad fin. Card.  
 conf. 2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. ff. de ædil.  
 48 edic. † Vnde cui damus actionem, multo ma-  
 gis exceptionem. l. inuitus. §. cui damus. ff. de  
 reg. iur. & ibi Dec. & Cagnol. ac alii. Accedit q  
 D. Iulius nedum simplicem cōsensum suū præ-  
 stitit dictæ legitimatiōi, sed insuper obligan-  
 do se & omnia bona sua præsentia & futura per  
 se & suos hæredes promisit illam attendere &  
 obseruare, & in aliquo non contrafacere, oppo-  
 nere, vel venire per se, vel alium modo aliquo,  
 49 ratione vel causa, de iure vel de facto, † quo ca-  
 su, talis obligatio transit in eius hæredes, qualis  
 est D. Cæsar secundum regulam. l. si pactū. ff. de  
 probatio. sicq; distinguendo concludit Fulgo.  
 cōf. 67. paterfam. & post eū Alciat. respōf. 389.  
 50 num. 5. mouetur hac ratione Fulg. † quia obli-  
 gatio & promissio facta prædicto modo id con-  
 tinere videtur, quòd stipulatio habere licere,  
 quæ quidem non tantum continet factum pro-  
 missoris, sed & eius hæredum. l. stipulatio ista.  
 in prin. ff. de verb. oblig. ibi, Sed si se obligat,  
 ne ipse faciat quominus habere liceat, obligat  
 etiam ne hæres suus faciat, vel quis cæterorum  
 51 successorum efficiat, ne habere liceat, † & non  
 tantum continet ius tunc cōpetens, verū etiam  
 ius futurum, hoc est, vt nec ex iure competentē  
 promif-

promissori tempore stipulationis interposita,  
 verum etiam nec ex futuro & post quæsito pos-  
 sit ipse promissor, vel sui successores rem euin-  
 cere vel auferre stipulatori, aut successoribus  
 suis. §. quæsitum. & §. sicut. ead. l. & notatur in  
 52 §. sed quatenus. per glo. magnam; † nam nedū  
 res propria, sed & aliena promitti potest habe-  
 re licere, quæ res ita effectū habebit, si propria  
 promissoris esse ceperit, & sic continet ius fu-  
 turum. Vnde sensus est dictæ promissionis se-  
 cundum gl. quòd ratione iuris præsentis vel fu-  
 turi non agam. Quare concludit Fulg. q hære-  
 des promittentis attendere & obseruare, & nō  
 contrafacere per se & suos hæredes, facere non  
 possint, vt is cui promissio facta fuit per eorū  
 patrem res habere non liceat, id est non possint  
 euincere, & auferre etiam ex eorum proprio iu-  
 53 re, † cum d. lex stipulatio ista. de successoribus  
 indistincte loquatur, & de iure postea quæsito,  
 & potissimè per l. cum à matre. C. de rei vindi-  
 c. vbi non licet hæredi venire contra factum de-  
 functi etiam ex sua persona siue proprio iure,  
 & loquitur eo casu, quo defunctus non teneba-  
 tur de euictione: quia emptor sciuerat rē alie-  
 nam esse. l. si fundum sciens. C. de euictioni. sic-  
 que emptor se tueri non poterat aduersus hæ-  
 redem ea regula, quæ de euictione tenet actio  
 eundem agentem repellit exceptio. l. vindican-  
 54 tem. ff. de euictioni. † sed solum repellitur hæ-  
 res ea ratione: quia reputatur eadem persona  
 cum defuncto. §. 1. in auth. de iureiur. à moriet.  
 præstit. ideoque subiungit Fulgos. colum. 3. lo-  
 quens in casu fideicommissi, quòd sicut com-  
 mittitur stipulatio, si tempore promissionis res  
 erat aliena, si postea facta sit promissoris, vt in  
 d. §. sicut quæsitum, pari ratione videtur commit-  
 tendi, si post mortem promissoris hæredum fa-  
 cta sit, cum hæres & defunctus vna persona iu-  
 ris interpretatione censeantur, & hac ratione  
 etiam hæres ex sua persona proprioque iure ve-  
 niens protinus excludatur, & factum quoque  
 hæredis dicta promissio expressim complectatur.  
 sequitur igitur ex prædictis, quòd vigore  
 dictæ approbationis legitimatiōis, & promif-  
 sionis obligatoriæ factæ per dominum Iulium,  
 dominus Cæsar eius heres contrauenire nō po-  
 test ex iure fideicommissi, quod præterdit in  
 bonis, de quibus contenditur vigore testamen-  
 ti domini Zannoni.  
 Alterū est præsidium domini Camilli, quòd  
 idem dominus Iulius Pasqualetus approbavit  
 testamentum Reuerendi domini Agamemno-  
 nis sui fratris (in quo bona de quibus agitur re-  
 licta sunt domino Camillo) constans se de om-  
 nibus & singulis in eo contentis habuisse, & ha-  
 bere plenam scientiam & notitiā, † sicut enim  
 non posset ipse dominus Iulius suæ propriæ cō-  
 55 fessione contrauenire, nec ab ea discedere. l. ge-  
 neraliter. C. de reb. credit. c. per tuas. de proba-  
 tio. Crauet. conf. 61. num. 3. Dominus meus  
 56 Riminaldus conf. 300. num. 88. † pari modo

nec dominus Cæsar eius filius & hæres. Bald.  
 cōf. 89. dominus Thomas vol. 1. Soci. cōf. 249.  
 col. fin. vol. 2. Dec. conf. 184. ad fin. Crau. con-  
 sil. 125. num. 2. & licet approbationi prædictæ  
 non fuerit præsens dominus Camillus, sed No-  
 tarius stipulatus fuerit nomine quorumcūque  
 57 interesset, & sic d. Camilli, † per quam stipula-  
 tionem non acquiritur ius absenti ante ratifi-  
 cationem suam, vt per Castr. conf. 195. vol. 2.  
 Dec. conf. 226. & alibi tam ipse, quàm alii quos  
 cumulat Tiraq. in tract. de constit. tertia parte,  
 58 limit. 30. nū. 10. † Tamen quia ratificatio etiā  
 tacita sufficit, vt per Dec. conf. 586. colum. fin.  
 cum aliis per Tiraq. ibi num. 2. dominus Camil-  
 lus qui eam approbationem sciuisse præsumi-  
 tur habitado cū D. Agamemnone patro suo,  
 vt latè per Roland. à Valle conf. 19. col. pen.  
 volumine primo, dicitur eam ratificasse, & per  
 consequens frustratoria redditur reuocatio di-  
 ctæ approbationis facta per dominum Iulium  
 post mensem.  
 59 † Sed super his allegatis approbationibus di-  
 ligentius est considerandum, & in primis circa  
 primam dico, quòd cum de natura confirma-  
 tionis sit eam non extendi vltra quàm actum  
 confirmabilem, vt inquit Bal. in l. nominatio-  
 nes. ad fin. C. de appellatio. Castren. conf. 162.  
 num. 3. & conf. 187. volum. 2. Alex. conf. 127.  
 num. 20. volum. 4. Iaf. conf. 148. num. 6. vol. 4.  
 Ruin. conf. 60. num. 3. conf. 208. num. 9. vo-  
 lum. 1. conf. 110. num. 18. volum. 5. Crau. con-  
 sil. 257. num. 4. Roland. à Valle conf. 1. nu. 19.  
 volum. 3. Bero. conf. 7. num. 37. volum. 3. sequi-  
 tur, quòd si dominus Camillus non reperitur  
 legitimatus ad fideicommissum domini Zanno-  
 ni, nec vigore approbationis domini Iulii  
 prædictæ legitimatiōis ad illud admitti po-  
 60 test, † probatur antecedens, siue consideremus  
 personam procuratorum, qui legitimatiōem  
 impetrarunt, siue personam Comitiss, qui eam  
 concessit, mandauit enim dominus Agamem-  
 non ipsis procuratoribus, quòd peterent D. Ca-  
 millum legitimari in bonis testamenti D. Zanno-  
 ni quomodocūque & qualitercūque, ac  
 quandoocūque succedat, ac succedere valeat.  
 Ipse verò dominus Camillus eidem mandauit  
 petere ipsum legitimari in bonis aui paterni  
 ipsi constituenti concessis, & sic ista mandata  
 fuerunt facta sub isto præsupposito, quòd domi-  
 nus Camillus in dictis bonis D. Zannoni suc-  
 cedere posset, eaque sibi concessa fuissent per  
 illum testatorem, quotiens esset legitimatus,  
 quod sanè præsuppositum fuit, & est falsissimū,  
 cum non concessum, sed prohibitum fuerit  
 natos ex vxoribus vilibus licet legitimos & na-  
 turales ex matrimonio succedere, merito patet  
 legitimatiōem prædictam petitam sub præ-  
 supposito, quòd non erat, pro non petita re-  
 putari debere, & subinde pro non facta. l. si pa-  
 ter suus. & ibi not. Alexan. & Iaf. C. de hæredi.  
 instit. pulchrè Ruin. consilio 63. numero 7.  
 Et 4 vol. 2.

- 61 uol. 2. † sed & idem dici potest respectu Comitum legitimantis stante surreptione superius tacta, quod omisum fuit ei narrare prohibitionē testatoris, quod nati ex mulieribus ignobilibus succedere possent in bonis suis, talis enim surreptio denotat defectum uoluntatis ipsius concedentis, ut probat Crau. consil. 296. col. 4. uers. Quartò confidero, & præter eum Roland. à Valle consil. 10. colum. 2. uolum. 3.
- 62 † ubi loquens de inuestitura, dicit eam esse nullam ex defectu uoluntatis stante surreptione, & in terminis legitimacionis idē concludit
- 63 Socin. Iun. consil. 81. num. 52. uolum. 3. † Hinc Hostiens. in c. pastoralis. de offic. deleg. quem refert Cor. consil. 124. colum. 2. bene dixit, quod contra commissiōem factam executori semper opponi potest uitium surreptionis, nō alia sanè ratione; quia defecit eius uoluntas in exequendo, postquam tacitum fuit id, quo expresso denegasset executionem, non æquè facillè concessisset, surreptio nanque facit, quod quid dicatur à concedente malè informato concedi, ut inquit Bero. consil. 149. num. 8 uol. 3.
- 64 † Confirmatur hic defectus uoluntatis in legitimante, quod ad bona D. Zannoni noluerit D. Camillum legitimize, cum legitimize uerit eum ad successiones tã paternas, quam maternas & omnium quorumcunque agnatorum, & cogatorum, nam de auitis successiōibus nē uerbum quidem, & uerbum illud agnatorum, denotat sibi coniunctos ex latere patris, ut fratres, patruos, eorum filios, & id genus. S. 1. instit. de legit. agat. tutel. non autē de ascendentibus supra patrem loquutus fuit. Accedit quod idem Comes legitimize uerit D. Camillum, ut admitti, institui, & succedere possit, & ualeat tam ex testamento, quam ab intestato in bonis quorumcunque agnatorum adeo quod respexit ad testamenta agnatorum non autem præterita & iam facta, prout est illud D.
- 65 Zannoni † merito talis legitimatio prouidens in futurum non debet ad tempus præteritum trahi; quia determinatio unius temporis non recipit alterius temporis functionem. l. usufructus mihi in biennium. ff. de usufr. legat. Bal. in c. licet. colum. 1. de supplen. negl. prælat. Ias. in auth. quæ supplicatio. col. 2. C. de præcib. imper. offerdis. & ex prædictis cessat obiectum, glo. in d. l. 2. C. communia utr. iudic. nam posito, quod legitimatio ualeret in uim pacti uigore approbationis, non tamen nocet D. Cæsari, cum ualeret, in quantum loquitur, & non ultra, & in quantum loquitur hoc fideicommissum non comprehendit. † Sed ulterius aduertit debet ad illam glo. quod non ita simpliciter, aut ruditer est intelligenda, sed signanter procedit, & locum habet in materia, in qua partes habuissent potestatem disponendi, secus autē si partes non potuissent disponere; quia tunc ualere non potest etiam in uim pacti, siue tran-

sactionis, ut notabiliter Abb. declarat in cap. examinata. de confirm. util. uel inutil. in secundo notab. ubi dicit, quod quando uitium nullitatis laudi uel sententiæ respicit fauorem partium, partes scienter approbando ex vi pacti tenentur illud obseruare, quod in laudo continetur, & tali casu procedit illa glo. in d. l. 2. C. communia utr. iud. † secus autem si uitium nullitatis non pendet à consensu partium; quia tunc laudum nullum non potest ui pacti approbati. & idem tradit Abb. consil. 92. contra sententiam. col. 1. uolum. 1. Marian. consil. 62. quæ citat Fely. in c. significasti. col. 4. de for. compe.

68 † Quod ultimum applicando casui nostro idē dici debet in eo; quia non potuerunt partes, ut D. Camillus & D. Agamemnon ex una parte instantes legitimacionem approbare, & D. Iulius ex alia, qui eam approbavit, tollere liberam facultatem testandi domino Zannoni, & impedire uel annullare testamentum suum in prohibitione per eum facta, quod nati ex ignobili muliere succedere possent in bonis suis, sicque considerat in terminis Dec. consilio 475. nu. 35. quo nihil melius adduci potest, † & hæc decisio confirmatur: quia cum D. Cæsar esset uocatus ad hæreditatem Do. Zannoni ex eius testamento, nec esset in potestate Do. Iulii sui patris eam sibi auferre, immo eam tenebatur ei dimittere, propterea non tenetur dominus Cæsar factum illius approbare, & sic acquiescere approbationi dictæ legitimacionis, ut uoluit D. Salusti. & subscribens inter consil. Castr. consil. 187. uolum. 2. & ipsemet. Castr. consil. 449. eod. uolum. Crau. consil. 200. nu. 7. Gram. decis. 93. nu. 11. & sequen. Natta consil. 470. nu. 17. Heres enim potest uenire contra factum defuncti, quando non habet illud à defuncto, quod defunctus tenebatur ei relinquere, ut est doctrina Bart. in l. 2. uers. opponitur quod hæres. C. de inoffi. don. sequitur & commendat Curt. consil. 1. colum. fin. Ias. cōsi. 168. colum. fin. uolum. 4. & Grat. respons. 91. num. 39. uolum. 1.

70 † Non obstat insuper, quod assensus D. Iulii fuerit obligatorius cum promissione de non contraueniendo per se & suos hæredes. Vnde D. Cæsar hæres eius etiam ex iure suo non potest contrauenire, per d. l. cum à matre, Fulg. d. consil. 67. & Alci. respon. 389. numero quinto. Quoniam tota uis Fulg. uersatur in eo, quod hæres reputatur eadem persona cum defuncto. S. 1. in auth. de iurciur. & ideo non potest uenire contra factum defuncti, † sed aduertit debet, quod hoc locum non habet, quando competit hypothecaria ante restitutionem; quia licet omnis actio hæredis per additionem confundatur, & ipse repræsentet defunctum in omnibus & per omnia, & teneatur obligationibus contractis per defunctum d. l. cum à matre. Tamen ipsa hypothecaria non confunditur, nec in ea repræsentat defunctum, & ideo si pignus reperitur

- reperitur in hæreditate, potest illud retinere, uel si non adest, potest agere hypothecaria contra tertios possessores. text. est in l. debitor, & ibi not. Castr. Cuma. Imol. & Alex. ff. ad Treb. Alex. Dec. D. meus Rimin. & alii in l. debitori.
- 72 C. de pact. † Sed pro rebus per fideicommissum relictiis competit hypothecaria. l. 1. C. communia de legat. S. sed nostra. Instit. de legat. ergo D. Cæsar non obstante, quod esset hæres D. Iulii potest per hypothecariam reuocare bona cōprehensa in fideicommissio D. Zannoni, cum in hypothecaria non repræsentet personam D. Iulii, nec eius factum teneatur approbare, satisque libellus suus conuenit hypothecariæ, cum egerit ad restituendum, sicque conuenit etiam sententia Mizolii ibi, ad dimittendum & relaxandum, ita decidit in terminis Grat. d. respons. 91. num. 32. uol. 1.
- Secundò considerandum est, quod hic assensus D. Iulii fuit adhibitus dictæ legitimacioni nullo uitio surreptionis, & aliis rationibus, & causis supra deductis. Item nullus fuit dictus assensus uel adhibitus super eo quod non pendebat à potestate D. Iulii, uidelicet ad tollendam liberam potestatem D. Zannoni testatoris, ut declarat Dec. in allegato consil. 475. & Fely. in dicto cap. significasti. col. 4. de for. compe. † Quo stante non tenetur D. Cæsar ei stare, nec illam approbare: quia l. cū à matre, procedit in actu ualido, secus in nullo, ut notabiliter inquit Andr. de Isern. in c. Imperialem. de prohib. alien. feud. per Feder. & in c. 1. alienare. qual. olim feud. pot. alie. Compostel. in c. causam quæ de rescript. Soci. consil. 79. vol. 4. Grammatic. decis. 93. col. 2. Curt. Iun. consil. 175. nu. 10. in fin. decif. Neap. 240. num. 8. Aret. consil. 123. ad fin.
- 74 Grat. d. respons. 91. † Et licet Arius Pinellus in l. 1. tertia parte sub nu. 81. col. 3. C. de bon. mater. aduersus prædictos pungat, per text. in l. cum filiusfam. S. cum pater. ff. de leg. 1. qui loquitur de defuncto alienante, tamen non aduertit, quod ille tex. loquitur in grauato per fideicommissum, ne fundum alienaret, & ut in familia relinqueret. Vnde si vni reliquit, satisfecit uoluntati testatoris, quæ fuit, ut dummodo relinqueret in familia, relinqueret arbitrio suo, at secus ubi testator dixit, quod post mortem filii uolebat esse aiorū de familia, uel nepotum suorum: tunc enim illi haberent ius ex dispositione aui, quod directò eis reliquit, & ob id ipsi ex iure suo possunt contrauenire, ita formaliter declarat & pulchrè Castr. ibi circa finem, quem non uidit Pinellus, & talis est casus noster ad uinguem, si testamentum D. Zannoni legatur, † & cum plures ex prædictis loquantur in fideicommissio, parum uideretur esse curandum de Fulgo. in allegato consil. 67. qui subtilizando tenuit contrarium.
- Tertiò considerandum est admodum diligenter ad aliud, quod tollit omne dubium. Nā dominus Iulius se obligauit, ac promissit non

contrauenire dictæ legitimacioni per se & suos hæredes. At dominus Cæsar perens hæreditatē domini Zannoni uenit iure proprio tanquam nepos & descendens illius, & ab eo uocatus in testamento suo, non autem ut hæres D. Iulii, & sic obseruat, quod promissit D. Iulius, † quia nō promissit ille pro filiis tanquā filiis, sed tanquā hæredibus, Vnde hæc qualitas iuncta uerbo considerari debet. l. Titius. l. quærebatur. ff. de testamen. milit. & ita petendo D. Cæsar nō impugnat factum D. Iulii, qui promissit pro se & hæredibus suis. Vnde non dicit D. Cæsar, quod D. Iulius non potuerit id agere, & promittere pro se & hæredibus suis, † sed bene dicit, illam promissionem ex ui uerborum non trahi ad ipsum qui uenit ut nepos, non ut hæres ita declarat pulcherrimè Salusti. ille. in d. consil. 197. colum. 1. uol. secundo, consiliorum Castr.

78 † ex quo manifestè corrumpit consil. Fulg. 67. cū & ibi filii. C. ueniebant ut filii uocari in testamento, non ut hæredes. C. & ob id factum patris non impugnabant qui promiserat pro se & hæredibus suis, non autem pro filiis. Vnde male dixit eos ex facto patris obligari, nec posse contrauenire, † similem facit considerationē de filiis ut filiis, nō autem ut hæredibus. Corn. consil. 301. col. 3. uol. 1. Ias. consil. 7. colum. 5. & consil. 56. col. 4. uolum. 4. Crauettaque post eos consil. 200. nu. 7. ubi uult filios ut filios non teneri approbare factum testatoris, licet sint eius hæredes, quando ueniunt ut filii non autem ut hæredes inducendo ut per eum. † Quinimò plus dici potest unum pulchrum & notabile, quod D. Iulius in approbando legitimacionem prædictam, & illi consentiendo non promissit quod D. Cæsar tanquam filius non peteret bona D. Zannoni, cum nomine filiorum tanquam filiorum nihil promissit. Igitur nūc agi non potest ex parte D. Camilli uigore dictæ promissionis, quamuis D. Cæsar ut filius, seu nepos contraueniat, dato quod esset hæres patris, ita mirabiliter determinat Alexan. consil. 18. col. 4. uers. pro quo facit. uol. 5. post Bar. in l. rem alienam. colum. fin. ff. de pignor. actio. Et hic quoque cessat consideratio Fulg. facta per l. stipulatio ista. de uerbo. obligati. nam quicquid sit in terminis suis loquitur de hæredibus nos autem de D. Cæsare, qui non uenit ut hæres sed ut nepos, & ob id nō ligat cum promissio D. Iulii. Remanet igitur ex prædictis reiecta approbatio D. Iulii circa legitimacionē, quod D. Cæsari non officiat, quin bona fideicommissi prædicti consequi possit.

Nunc ad aliam approbationem descendendo, quam fecisse proponitur D. Iulium de testamēto domini Agamemnonis, & dico quod cum probatum fuerit satis abundè dictum testamētum fuisse publicatum sermone latino, prout scriptum reperitur, † & D. Iulium fuisse ignarum lingue latinæ, quod etiam de iure præsumitur: quia qualitas scientiæ non est à natura, glo.

glo. in c. si forte de electio. Dec. cōf. 522. nu. 16.  
 82 Hinc est, quod de presenti non presumitur in præteritum; puta si hodie quis est Doctor non presumitur in præteritum fuisse talis, uel si prudens est & literatus non presumitur fuisse talis in præteritum; quia nemo nascitur prudens, aut literatus, cum isti sint habitus acquisiti non innati, doctrina est Bal. in l. ex persona col. 1. C. de probationi. Bertrand. consi. 7. col. 2. uol. primo, nouissimofu. Alcja. de præsum. reg. 2.  
 83 præsump. 26. † idque confirmatur; quoniam scientia sine magnis laboribus haberi non potest. l. unica in fin. C. de profess. qui in vrbe, lib. 2. l. fin. in prin. C. ubi fenat. ibi. sudoribus magisteria presentis factus clarus. tradit Cagnol. in l. diem functo. nu. 167. ff. de offic. assessot. & ut idem scribit in l. 2. uersic. Mutii. num. 514.  
 84 ff. de orig. iur. † scientiæ sublimitatem non nisi doctissimis præditus præceptoribus, nisi multa ætate, nisi iugi studio uerè assequitur, utique sequitur talem approbationem sibi nõ  
 85 officere, nec inde obligari; † quia non intellexit tenorem testamenti prædicti latine prolatis, l. 1. S. fin. ff. de uerbo. obligatio. ubi uidemus stipulationem & obligationem contrahi possenedum latina, sed greca, & asiria, ita tamen ut uterque alterius linguam intelligat per se uel per uerum interpretem. Si ergo deficiat utrum  
 86 que, sequitur à contrario sensu, † quod argumentum ualet. l. 1. cū ibi not. per me post alios, ff. de offic. eius. stipulationem & obligationem corrumpere, nec contractam ualere. Quod etiam  
 87 confirmat † dictio, ita, ibi posita, denotans modum, secundum Bar. Imol. Soc. & alios. in l. qui bus. S. Terminus. ff. de condit. & demonstrat. l. in l. si Titio. ff. de leg. primo. igitur si non seruetur ille modus communis intelligentiæ  
 88 linguæ per se uel alium nihil fit. † Vnde bene dicit Alc. in d. S. fin. nu. 11. quod in actibus semper utendum est ea lingua, quæ intelligatur ab his; quibus actus præiudicare potest, & glos. notab. in §. alienationis. in uer. uoce. in auct. de non alien. loquens de greca lingua inter Latinos prolata dicit, quod oportet Latinos scire interpretationem, & translationem. At Do. Iulius ut ignarus linguæ latinæ, neque uerba testamenti latina intellexit, neque notarius ea sibi fuit interpretatus, neque translatauit, sed tantum dixit Messer Giulio *sete contento de quello ha fatto vostro fratello messer Agamenone*, cui respondit dominus Iulius *lo son contento di quello che uole mio fratello*, ut dicunt testes, sed quid fecerit aut uoluerit D. Agamenon, non fuit expositum D. Iulio, ergo non nocuit domino  
 89 Iulio. † & licet ipse Notarius asserat in instrumento suo dominum Iulium dixisse ad instantiã D. Agamenonis se de dicto testamento & contentis in eo habuisse & habere plenam scientiam, & notitiam, attamen aduertit debet diligenter quod tali assertioni credi non debet,  
 90 nec ullo modo stari, † quoniam uerba notarii

redacta in instrumento non probant, nisi ea, de quibus rogatus fuit à partibus, ut est celebre dictum Innocen. in c. 1. de fid. instrumen. & in c. quoniam contra. de probatio. & habetur per Bart. & alios. in l. sciendum. ff. de uerbo. obligatio. sequitur Natta consi. 143. num. quinto, & consi. 360. nu. 3. † Tantoque magis istud est uerum, quado Notarius attestatur quid, quod non interuenit, nec interuenire potuit tempore sui rogatus, ut de causã cognitione, quã Notarius asserat interuenisse, tradit Cast. consi. 86. in antiquis, què refert & sequitur Roland. à Valle consi. 7. nu. 69. uol. 3. & Natta consi. 631. num. 32. Marsil. in l. qui cedes. num. 19. ff. de sicar. Dec. consil. 556. num. 6. Iaf. in l. nec quicquam. S. ubi decretum. num. 70. & 79. ff. de offic. proconf. & in l. sciendum. num. 3. ff. de uerbo. obligatio. Petr. Duenas in suis reg. uerbo decretum. reg. 191. nu. 2. sed hæc scientia ac notitia D. Iulii contentorum in testamento, nec interuenit, nec potuit interuenire tempore quo conditum fuit, si lectum fuit latino sermone, nec ante, cum dicant testes, quod D. Iulius erat super sala domus cum testibus testamentariis, expectando Notarium, qui ueniret, ergo D. Agamenon non prædixit ei quid facturus esset, cum intus in camerino iaceret infirmus, nec post, cum Notarius in instrumento approbationis dicat, nullum actum interuenisse inter celebrationem testamenti  
 92 & dicti instrumenti, † merito sumpto argumento ab enumeratis, quod ualet. l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. & instit. eod. tit. in prin. tali assertio Notarii nihil ualet in proposito nostro probãdo contrarium modo prædicto, † nam talis clausula sciens &c. non excludit, quominus possit probari contrarium. Bald. in l. sed & si quis. S. fin. ff. si quis cautio. cū similibus per Alex. in l. si dari. ff. de uerbo. obligat. Dec. consi. 180. colum. fina. uers. præterea. & consi. 408. col. 1. ad fin. Soci. consi. 79. col. 7. uol. 4. Cagnol. pulchrè in l. 2. nume. 126. C. de  
 94 rescind. vendit. † ubi loquitur de uenditore, qui dixit, & attestatus fuit, se habuisse scientiã, & notitiam de ualore rei, sic Notario scribente, cui non statur, probando rem aliter se habere. At longè melius fecisset Notarius, si prosequutus fuisset publicationem testamenti uulgari sermone prout inceperat, nõ autè latino; quia fratres Dominicani testes adhibiti dixerint, quod intelligebant vnã cum testatore sermonem latinum, ut ipsi deponunt. Debit enim considerare, nunquid dominus Iulius pariter intelligeret sermonem latinum, & de hoc ipsum interrogare, † qui si respondisset, quod nõ, debuisset totum testamentum uulgarizare prout docet Domin. in c. locutio. in fi. 38. distinctione, ubi dicit, quod si Grecus produciatur in testem in Italia, uerba capitulorum sibi debent uulgarizari uerbis grecis adhibito in  
 96 terprete. † Hinc glo. Bar. & Bald. in l. iudices. C. de

C. de senten. & interlocut. dicit, quod ubi sententia fertur inter grecos à iudice latino ferenda est uerbis grecis, sequitur Fely. in rub. de cõstit. col. pen. & communiter contractus publicantur per Notarios in eloquio uulgari, non in literali, ut testatur Alex. consi. 48. col. 1. uolum. quinto, Vnde cum defecerit in hac re Notarius, talis publicatio sermone latino facta nõ debet nocere D. Iulio, qui eam non intellexit, ut ex prædictis patet.  
 Nec etiam releuaret, si diceretur fieri potuisse, quod D. Agamenon, aut Notarius longè prius quàm deueniret ad actum testandi reuelasset singula D. Iulio, quæ facturus erat, & dispositurus, & ob id Notarius hoc sciens scripserit in instrumento approbationis D. Iulium asserentem se de contentis in testamento habuisse plenam scientiam, & notitiam. † Quoniam licet in primis hoc uelle dicere, quod non licet. c. ut nostrum. ut eccle. bene. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. Corn. consilio 191. uolum. tertio, in princ.  
 97 † Secundò probatio concludere debet non per possibile, sed per necesse. l. neque natales. C. de probat. l. non hoc. C. vnde legit. Rui. cõf. 49. nu. 4. uolum. 5. Hinc in probando usu alicuius actus, probari debet usum illum fuisse in eo speciali actu introductum, non autem ita generaliter fuisse obseruatum, ut uoluit Oldradus consi. 237. col. 1. Aret. consi. 23. in tertio dubio, Alex. consi. 6. uolum. 5. Crauet. consil. 96. colum. 2. Menoch. consil. 73. num. 73. alioquin si de necessitate probatio non concludit nihil reuelat, Ceph. consi. 250. num. 11. neque prodest parti, Crot. consi. 40. num. 21. at non sequitur, potuit id reuelari domino Iulio, ergo fuit reuelatum, merito talis probatio ueluti necessariò non concludens corrui.  
 99 † Tertio posito, quod illi fuisset prædictum testamentum futurum. Tamen ex quo postea fuit publicatum sermone latino, sequitur ad hoc quod D. Iulius illud publicatum non intellexerit, & quod ignorauerit illud esse eiusdem tenoris, cuius sibi prædictum fuit illud esse futurum, cum potuerit uno modo sibi prædici, & alio modo publicari, merito approbatio sequens testamenti publicati debet esse nulla, ex quo tenor illius publicati non fuit sibi notificatus, & datus ad intelligendum, ut eleganter  
 100 dicit Castr. consi. 350. de casu presenti. † qui plus subdit, colum. 2. dolo uersatum uideri, qui fecit ratificare generaliter promissiones, & pacta contractus, & contenta in instrumento dotali absque ostensione dicti instrumenti, & specificatione speciali dictorum pactorum, ideo talis approbatio nihil nocet approbanti, ut per eum. Quod hic ad unguem conuenit, ubi Notarius lecto testamento sermone latino ad instantiam Do. Agamenonis dixit domino Iulio, *sete contento di quello ha fatto vostro fratello?* nec aliter specificauit res relictas sigillatim D.

Camillo, sed in confuso, & in genere loquutus fuit, & illud consil. Castr. sequitur Kuin. consi. 48. nu. 12. uol. 1. & consi. 63. nu. 24. eod. uolum.  
 101 ubi dicit, quod ad hoc ut ratificatio ualeat, oportet, quod approbans sit certificatus, & plenè instructus, ita quod in nullo erret, citat Specul. in tit. de empt. & uendit. §. 3. uers. si uerò, idemque tradit Corn. consil. 165. uol. 6. uol. 2. Bald. consi. 175. præmittendum est. uol. 2. Oldrad. consi. 329. quos adducit Crau. consi. 197. col. fin. concedat Paris. consi. 100. nu. 71. uol. 1. & Natta consi. 161. nn. 33.  
 102 † Quin etiam fortius attentare licet unum plus ex abundantia, quod dato milles, quod D. Iulius sciuisse, & habuisset plenam notitiã dicti testamenti domini Agamenonis, ut dicitur in instrumento approbationis, attamen adhuc ei non nocuisset talis approbatio: quoniam tunc demum consensus præiudicat consentienti, quando fuit adhibitus super actum ualido, secus si super nullo, tunc enim consensus uelut accessorius est nullus. c. accessorium. de reg. iur. in sexto, ita Brun. consi. 46. col. 1. quem sequitur Roland. à Valle consi. 57. num. 28. uol. 3. † qui dicunt, quod sicut contractus à patre factus de bonis feudilibus sine consensu directi domini nullus est. c. imperialem. de prohi. feud. alien. per imper. ita quoque consensus filii super eo adhibitus uelut accessorius at hic testamentum domini Agamenonis disponentis de bonis D. Zannoni in D. Camillum natum ex ignobili muliere fuit nullum ueluti contra testamentum dicti D. Zannoni; merito consensus domini Iulii pariter fuit nullus. Ex his tandem patet approbationem prædictam non præiudicare domino Cesari in consequendis bonis subiectis fideicommissò domini Zannoni; quia si non noceret domino Iulio per supra deducta. nec domino Cesari eius filio nocerè debet, posito quod esset illius heres, & propterea de uiribus inuentarii sui frustra querendum uideatur, quantum ad effectum, si fecit illud possit contrauenire factò defuncti patris, sin minus fecus; quia & illo circumscripto defenditur optime stantibus supra deductis.  
 104 † Sed ulterius unum duntaxat addam, quod de iure canonico non magis tenetur heres non confecto inuentario, quam eo confecto, ut eleganter determinat Bal. consil. 71. super præmissis. uol. 4. in nouis, in l. cum à matre, in fin. C. de rei uindi. & in Rubr. ff. de acqui. hered. Anch. consi. 411. & licet non ignorem Baldum sibi fuisse contrarium in l. fin. in princ. col. 2. uersic. 6. quæro. C. de iure delib. Abbasque secutus fuit in c. Raynaldus, col. 3. uers. item nota. de testa. Barba. colum. 42. & colum. 47. in fin. uers. alia conclud. & in c. 1. in fin. eod. tit. post Hosti. in summa de testa. §. ad quid. Angè. & Alex. in d. Rubr. ff. de acqui. her. & Alex. in d. l. si. §. si. col. pen. C. de iure. del. Rolandin. in trac. de testa. rubr.

rubr. 28. num. 27. Abb. conf. 74. col. fi. vol. 2. qui communem testatur, & post predictos Rol. à Valle in tract. de confecti. inuenta. S. nunquid de iure Cano. qui citat etiam Vasquiu in tract. de successi. crea. S. 1. nu. 27. & Vital. in tract. claufularum. vers. nil nouari inuentur. confecti. pend. col. 3. Attamen dicta conclusio communis cum moderamine venit intelligenda, quam notabiliter ponit Monticulus in tracta. de inuent. hered. quaest. 3. nu. 10. quando haeres fuit in culpa uera uel praesumpta, & eius conditio, aetas moresque ita suadent, quorum neutrum uerificatur hic, non enim culpa uera Do. Caesaris in omitendo inuentario probatur prout clara & certa probari debebat, ut per Alex. confi. 100. colum. 1. vol. 1. confi. 136. col. 2. vol. 7. Iaf. in l. domos. col. fin. ff. de leg. 1. nec in dubio praesumitur, Glo. & doct. in l. si quis ex argentariis. S. fin. ff. de eden. Glo. Bar. & alii in l. si creditor. C. de pignor. Crau. ponens vtrunque consil. 8. nu. 20. conditioque & mores optimi Do. Caesaris nihil in iustri suadere possunt, ergo prioris sententiae standum est & adherendum, secundum quam sequitur, quod de iure canonico potest haeres uenire contra factum defuncti, licet non confecerit inuentarium, sicut si illud confecisset, ut signanter determinat Gra. respons. 91. num. 38. uolumine primo, ubi concludit, quod Bononia ubi seruatur ius canonicum uelut in terra Ecclesiae, haeres poterit uenire contra factum defuncti, licet in iustariu non confecerit. † Hoc igitur & ad unguem dici potest in casu nostro. Nam & in hac ciuitate Ferrariæ uelut in terra Ecclesiae seruatur ius canonicum, ut tradit Card. confi. 2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. S. idem Celsus. ff. de aedil. edic. & glo. notab. in auth. ut eccles. Roma. ad fin. meritò D. Cesar siue non confectio inuent. siue minus legitime factio; quia super hoc non intendo disputare, debet posse uenire contra approbationes domini Iulii, tam circa legitimationem, quam testamentum, sicut eo confectio & legitime possit. Et haec sufficiant, postquam satis abunde scriptum fuit super omnibus per magnificum Coaduocatum.

Hippoly. Rimin. Ferrar.

Pro magnifica Communitate Ferrariæ.

ARGUMENTVM.

De appellatione nullatenus admittenda, uel saltem quod ad effectum suspensiuum.

S V N M A R I V M.

- 1 Clausula in fine posita referri debet ad oia praecedentia. Licet materia sit odiosa. 2. Quando uniformis est ratio. 5.

- 2 Exheredatio est odiosa
- 3 Finis legis quando determinat aliquam penam omnia capitula praecedentia uidentur determinata eadem pena.
- 4 Statutum penale numerans plura prohibita si adiungat aliquam qualitatem restrictiuam, referatur ad omnia praecedentia.
- 6 Verbum contraditores, intelligitur de facto. Nisi sit uniuersaliter positum. 7.
- 8 Clausula appellatione postposita, intelligitur nedum de friuola, sed etiam probabili.
- 9 Verba uniuersalia restringi non possunt salua ratione recti sermonis.
- 10 Appellatione admissa censetur reuocata seu suspensa iurisdictio iudicis à quo. Si ex certa scientia admissa fuit. Et quando sit hoc declaratur. 11. 12.
- 13 Appellatio simpliciter admissa sine clausula, quatenus deuoluat eam, subintelligitur.
- 14 Dispositio continens noui actus concessionem recipit restrictionem de habilitate.
- 15 Appellatio non deuoluit quo ad effectum suspensiuum quando res dilationem non recipit.
- 16 Collectarum solutio dilationem non recipit.

CONSILIVM CXC V.

Auxilium meum à Domino.

**G**O putò sine dubio, si uerba Breuis Apostolici concessi cõ Ferrar. cõtra clerum super collectis, diligenter perpendantur, appellationem interpositam per Fratres S. Dominici & S. Andreae non esse recipiendam. Nam Pius Quintus foelicis memoriae committit Episcopis Mutinensibus, Regiensibus & Comaclensibus, ut ipsi, duo; uel unus eorum communi fauentes faciant suas literas formiter obseruari, & commune pacifice frui facultate percipiendi collectas, non permittentes dictum commune per clerum, aut alios quoscunque indebitè molestari, contraditores quoslibet per sententias, censuras & penas ecclesiasticas cõpescendo appellatione postposita. † Põdero, quia illa qualitas appellationis prohibite reperitur in fine posita, quo stante referri debet ad omnia praecedentia. I. r. C. de liber. prater. & ibi Iaf. sic firmat regulam, quod clausula in fine posita referatur ad omnia praecedentia, deinde subdit, quod dicta regula procedit etiam si materia sit odiosa, prout ibi patet, ubi loquitur in materia exheredationis, quae odiosa est l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. & tamen in fine posita referatur ad vtrumque gradum, sequitur Alex. confi. 101. super eo de quo quaeritur. col. 3. uol. 3. † Vnde quado finis legis determinat aliquam penam, & praecedunt multa capitula, uidentur omnia determinata eadem pena, ut uoluit Bald. in l. quisquis. in principio. C. si cert. pet. † & ubi statutum in imposi-

impositione pene enumerat plura prohibita, & ultimo prohibito adiungit aliquam qualitatem restrictiuam, illa qualitas restringens referatur ad omnia determinata enumerata, & uoluit Gemin. in c. periculum. S. nulli. de elect. in sexto, quod optimè casui nostro deseruit, ut illa qualitas restrictiua appellationis remotae adiecta contraditoribus quibuscunque compescendis, referatur ad omnia enumerata, uidelicet in obseruandis literis, quod commune pacificè collectas recipiat, & per clerum uel alios quoscunque non molestetur. Vnde cum militet uniformis ratio contentorum in Breui pro commune Ferrar. sequitur, quod dicta clausula referri debeat ad omnia praecedentia. ut per Dec. in c. secundo requiris, nu. 5. de appellatio. in fin. post Bar. per illum tex. in l. doli. ff. de fer. corr. & in l. 3. S. eritque, col. 1. ff. vi bon. rap. cum similibus per eum. Secundo posito, quod illa clausula appellatione postposita, referri debet ad ultimum tantum capitulum, & non ad omnia praecedentia (quod tamen expressè negatur) adhuc intentio communis diceretur fundata: quia dicendo contraditores quoslibet per sententias compescendo, satis comprehenduntur clerici, qui contradicunt solutioni collectarum contenta in ipso breui, † nec illud uerbum contraditores, restringi potest ad eos, qui de facto tantum contradicunt, ut per Car. in clem. quia contingit. uers. contraditores. de religio. domi. † sed etiam si de iure contradicant uigore dictionis uniuersalis quoslibet quae facit eos comprehendere, qui alii non comprehederetur. I. serui electione. S. fin. & ibi Bar. & alii. ff. de leg. primo. ponit abundè Crau. cõf. 294. & consil. 308. † tatoque magis adiecta dicta clausula appellatione postposita, quae nedum intelligitur de friuola, & frustratoria, & sic quado de facto contradicerent, sed etiam de probabili, ut per Abb. Perusi. & ceteros in c. pastoralis. secundo notab. de appellatio. & sic quando iuridicè contradicerent, † & uelle intelligere de contraditoribus extraneis tantum, & non etiam de ipsis clericis, id fieri non potest (salua ratione recti sermonis) propter uerba uniuersalia. I. si de certa. cum ibi not. C. de transactione. I. cum Aquiliana. ff. eod. tit. & utrobique Castr. Alex. & Iaf. post alios fusius tradunt. † Nec ad impediendam executionem sententiae quicquam prodesse uidetur admissio appellationis, & eius commissio facta per superiorè quo casu dicitur reuocata, seu suspensa iurisdictio iudicis à quo, cap. pastoralis. S. praterea, de offic. delegat. & not. Abb. Perusi. in d. c. pastoralis, de appellat. nam si esset uerum, si superior ex certa scientia dictam appellationem admisisset & commississet, ut loquitur tex. in d. S. praterea. † & ex certa scientia tunc diceretur esse factum, quado in supplicatione narratum fuisset per istos fratres appellantes, quod com-

missio fuerat facta in breui Apostolico dictis Episcopis appellatione remota, cum. n. sit clausula notabilis qualitatis, debuit de illa fieri mentio, alias non ualet commissio appellationis, nisi fiat mentio de illa clausula: quia si Princeps sciuisset, non ita de facili admisisset appellationem, † Vnde dicitur admittere ex certa scientia, quado fuit certificatus de omnibus quae potuissent eum mouere ad concessionem denegandam, qua mentione non facta non dicitur concessisse ex certa scientia, sed per ignorantiam, & surreptionem, ita notabiliter declarat Abb. in d. S. praterea, ubi pariter Imol. ceteriq; sequitur. Vnde patet, hanc commissio appellationis fuisse nullam non facta mentione dicti breuis, & appellationis in eo prohibite, † & posito quod commissio, ad instantiam dictorum fratrum simplex reperitur sine clausula quatenus deuoluat, non tamen dici debet, quod intelligatur concessa appellatio contra formam breuis & ordinem Summi Pontificis, sed suppleri debet, & subintelligi dicta clausula quatenus deuoluat, † quia quando dispositio continet noui actus concessionem, respicit restrictionem de habilitate. I. r. C. de sacrosanct. eccles. ut gradatim. S. 1. ff. de muner. & honori. Bar. in l. 1. S. nunciatio. ff. de nou. oper. nunciata. nu. 22. At haec commissio appellationis talis est, quia concedit appellationem prohibita in breui, ergo restringi debet de habilitate, hoc est quatenus deuoluat. † Non praterea quoque, quae etiam circumscripito breui, non debet hęc appellatio deuoluere saltem quod ad effectum suspensiuum, ut in l. si. ff. de appellatio. recip. ubi non datur appellatio quando res dilationem non recipit, & in causa dotis, alimentorum, & similibus exemplificat Bal. Nouel. in tract. dotis 9. parte, 7. speciali. † nam pecunie collectarum dispensantur in constructione, & reparatione pontium, in custodiendis aggeribus fluminis padi, in mercedibus multorum operariorum, & aliorum qui sunt à communi Ferrariæ stipendiate, quae omnia dilationem non recipiunt, ut est notissimum, sed ex abundantia sit dictum, quia ius est in breui.

Hippoly. Rimin. Ferrar.

Promag. D. Io. Baptista Magnanino.

ARGUMENTVM.

De querela accusandi de falso prescriptibili spatio 20. annorū. Declaratioq; statuto de Arbitrio Potestatis in falsitatibus de scriptura pro sceda uel imbreuitura producta ad arguendum instm de falso quado reicienda sit & instm uerum praesumi debeat & a falso eo utens sit absoluendus. Et pulcra proponuntur, ut ex discursu patet, quae studiosus uidentis cupidus legens cognoscat.

S V M M A R I V M.

- 1 Prothocollo standum est, tanquam matrici stante diuersitate inter illud & instrumentum. Fallit



- 28 *Qualitas in statuto posita probari debet, ut statuto locus sit.*
- 29 *Forensis non graudet statutis Ferrarie in decisorys. 40.*
- 30 *Statutum quod nulla alia exceptio possit opponi, non tollit eas que ueniunt ex capite aliorum statutorum eiusdem loci.*
- 31 *Forenses in delictis sortiuntur forum & statutis ligantur, ubi deliquerunt. 35.*  
*Quia uidentur illis se alligare. 32.*  
*Et pena se subijcere. 38.*
- 33 *Delicta et contractus a pari procedat quo ad ius fori.*
- 34 *Argumentum de contractibus ad delicta ualidum.*
- 36 *Delinquens fit de foro delicti. 38. 39.*
- 37 *Index seruare debet leges loci contractus.*
- 41 *Statutum potest reddere conditionem forensium, deterioremius.*  
*Et ualet tale statutum. 42.*
- 42 *Statutum potest prohibere ciues, fideiubere pro forense.*  
*Et prohibere fieri compromissum in forensem. 43.*  
*Item notarium forensem non matriculatum, conficere instrumenta. 44.*  
*Licet Castrensium contra. 45.*  
*Demumq; quod pater non possit inter liberos restari, nisi cum sex testibus. 46.*
- 47 *Statutum quod forenses uiri non possint statutis nostris non simpliciter inhabilitat forenses.*
- 48 *Statutum licet durum seruari debet.*
- 49 *Retorcutio quando locum non habeat.*
- 49 *Statutum potest impedire retorcutioem.*
- 50 *Instrumentum uerum presumitur id est non falsum & uerum id est non simulatum.*
- 51 *Presumptiones due oriuntur pro instrumento seu probationes.*  
*Sed & tertia, quod omnia in eo scripta fuerint facta & a partibus probata. 52.*
- 53 *Fraus non presumitur in instrumento publico neque simulatio.*
- 54 *Instrumentum non presumitur falsum ratione quod de dicit auctor.*
- 54 *Instrumentum falsum dicitur a quo remouentur uerba & mens contrahentium.*  
*Si uero mens remouetur non uerba dicitur simulatum & non falsum.*  
*Ubi uero uerba remouentur, non autem mens, nec simulatum nec falsum dicitur. 55.*  
*Exemplum ponit auctor ultimi casus pulcrum. 56.*
- 57 *Instrumentum producentis rei quam diu possedit non dicitur falsum committere eo utendo, nec de falso accusari potest.*
- 59 *Instrumentum leuari non potest ex solliacio reperito inter scripturas notarij uel filicia sine subscriptione & signo.*  
*Et est magis communis opinio. 60.*
- 61 *Prothocollo & abreuiatura notarij probant, quando habent eius signum.*
- 63 *Consuetudo notarij attenditur ad declarationem actus sui.*
- 64 *Consuetudo sic donandi probatur per plura instrumenta donationum.*

Et

- Et si donatio aliter facta deducitur presumitur non esse uera. 65.*
- 66 *Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus, Et in specie probari debet eius de quo agitur non aliorum. 67.*
- 68 *Consuetudines ubi diuerse probantur fauorabilior est amplectenda, cuius exemplum subijcit auctor. 69.*
- 71 *Prothocollum requirit rogatum, item signum notarij. 72.*  
*Rationem subijcit auctor. 73.*  
*Licet Ioan. de Amicis dicat non esse necessariu. 74.*  
*Sed ex generali consuetudine contrariu seruuatur. 75.*
- 77 *Clausula in solita suspitionem falsitatis inducit.*
- 78 *Prothocollo standum est fide digno non autem suspecto. Nec erroneo. 89.*
- 80 *Statutum quod libris mercatorum stet, intelligitur nisi mercator sit infamis uel suspectus.*
- 82 *Comparatio non probatur per testes, si non sunt electi ut periti ad eam faciendam.*
- 83 *Coniecture plures uincunt pauciores.*
- 85 *Ignorantia probalis est in facto alieno & in eo qui successit alteri. 86.*
- 87 *Instrumentum fidem non perdit licet eius matris non inueniatur, ut Baldus & alij plerique tradiderunt.*

CONSILIVM CXCVI.

Auxilium meum a Domino.

**A**CCVSATVS fuit magnificus D. Ioannes Baptista Magnaninus per Syndicum communis & hominum Nonantule, quod usus fuerit instrumento donationis aduersus eos in causa coram magnifico Consilio iustitia inter eum & ipsos uentente, quod falsitates quasdam continet, de quibus in interrogatorio sibi facto. Quare petitum fuit eum condemnari in penis statuti sub rubrica Pena producentis, uel uentis falsum instrumentum. Unde uidentum est de inuibus partium coram curia domini Potestatis, ubi causa talis accusationis pendet.



**I**n prima consideratione dicendum uidetur, eum debere condemnari iuxta petita: quoniam productum fuit Prothocollum ser. Ludouici Zadorii, qui rogatus fuit de dicto instrumento donationis longè diuerso ab instrumento, quo fuit usus dictus Magnaninus in pluribus locis, de quibus in interrogatorio, quod diuersitate sic stante prothocollo tanquam matrici standum est, ut glo. tenet, & Ang. post eam in §. fin. in authen. de tabellioni. Bar. Castr. & alii. in l. Sempronius. ff. de leg. 2. Bar. in l. imperator prima lectu. ff. de stat. homi. Bar. in l. si quis ex argentariis. §. prator. ff. de eden. & in l. si librarius. nu. 10. ff. de reg. iur. Lanfr. in c. quoniam contra. de probatio. vers. instrumentum productiones. nu. 27. & post eum Dec. not. 10. & in c. venerabilis.

not. 11. de exceptio. Soc. consil. 277. col. 3. uol. 2. Paris de Put. in trac. de reallum. instrumento. rubrica. 20. nu. 8. Bero. abunde consil. 1. uol. 1. Angustol. consil. 12. col. 2. libro tertio. & late Grammat. consil. 65. causarum ciuiliu. & ex dicto Prothocollo diuerso ab hoc instrumento manifesta eius falsitas detegitur.

**2** Quod autem scriptura diuersa fuerit prothocollum dicti notarij probatur ex testibus Nonantulanis, qui deponunt de scripturis illius defuncti, quæ steterunt quodam tempore penes eius uxorem, & filium, & inde delata fuerunt in domum Comitis Christophori Sertorii, & in forcerio recondita in quodam granario clauso, & dominus Ioannes Franciscus Caualca deponit de Magnanino, qui habuit copiam transumptam ex scriptura reperta in dicto forcerio existente in dicto granario, uelut ex sceda, siue Prothocollo dicti Zadorii, id est que deponit D. Annibal Mota de Cento,

**3** Confirmatur ex tribus testibus notariis examinatis, uidelicet Calciolari, Zannino & Rhoito, qui dicunt, eam fuisse manu dicti Zadorii facta comparatione cum aliis scripturis, quæ asseruntur esse manu dicti Zadorii, cui comparationi, licet de iure communi non stetur quod ad plenam probationem, ut ponit Rui. consil. 61. num. 4. uol. 4. post Alex. consil. 80. uiso

**4** processu causa. uolum. 4. tamen iuncta cum testibus supra deductis uidetur sufficere debere: quia etiam in criminalibus probationes imperfectæ modo perfectæ sint in sua specie coniunguntur, ut per Alex. consilio 23. animaduertis. col. pen. uolum. 2. quem sequitur Dec. in c. cum causam. col. fin. de probationi.

**5** sed plus accedit, quod sola comparatio plene probat ex forma statuti nostri de scripturis priuatis. Accedit coniectura, quam deducit Calciolarius de eadem die, quæ reperitur in dicta scriptura & donatione annotata, & alia Rhoiti quod dicta scriptura non depennata, neque cancellata reperta fuit in scripturis Zadorii. Tales enim coniecturæ denotant eam esse Prothocollum dicti Notarij, ut ipsi deponunt. Nec

**6** à pena falsi se tueri potest dominus Ioannes Baptista Magnaninus, quod ignorauerit instrumentum à se productum, & usum esse falsum, ut discrepans à dicto Prothocollo tanquã successor, & hæres patris, cum quo confectum fuit iuxta. l. qui in alterius. cum ibi notatis. ff. de reg. iur. quoniam cum fuerit interrogatus in iudicio, nunquid eo instrumento uelit uti pro uero in partibus sibi specificatis, & habuerit tempus sibi assignatum ad deliberatè respondendum, & ipse expectatus, deinde responderit eo uelle uti pro uero, utique ignorantia sibi prodesse non potest, quominus detecta falsitate puniatur de falso, ita præcisè disponit statutum prædictum, t quod eo ipso

**7** quod uult, quod ignorantia non proficit, dicitur prohibere quod ignorantia allegari non possit,

possit, quod utique facere potuit dictum statutum, nam valet statutum prohibens allegari ignorantiam Bar. in l. diuus. prima. ff. de fals. Bal. in l. 1. C. de fals. Abb. in c. ad falsarium. de crim. fals. nam hoc casu statutum videtur scientiam praesumere, & pedem firmare, ideo non potest ignorantia probari, praesertim per assertionem partis etiam iuratam, secundum Paul. & Domin. in c. eos. de tempo. ordi. in 6. per tex. in c. vidua. de regular. & de quibus per Fely. in c. secundo. de constitutio. sicque concludit in terminis Rui. conf. 86. nu. 8. uolum. 4. qui subdit hoc procedere, licet accusatus confulisset peritiores, ut per eum, & ita videtur ex praedictis Magnaninum condemnandum esse in poenis dicti statuti.

Quibus tamen non obstantibus in contrariam sententiam descendendo, videlicet quod a petitis per dictos homines & commune sit aboluendus. Moucor in primis: quoniam accusatio dicti communis & hominum fuit instituta longe post annos 20. quo productum fuit dictum instrumentum per genitorem Magnanini, & eo fuit usus contra dictos homines & commune, nec tunc, nec ab inde citra fuit allegatum esse falsum durante lite Ferrariae, in curia Romana & alibi, merito dicitur praescriptum querelae de falso. l. querelam. C. de fals. dictumque tempus annorum 20. cucurrit eis, posito quod fuissent ignorantes falsitatis, quam nunc allegant, quia tempus illud est continuuum etiam ab ipso initio, ut currat tam ignorantibus, quam scientibus. l. fin. C. de praescript. long. tempor. ut decidit in terminis dictae. l. querelae. Castr. conf. 183. uideretur, quod ista accusatio. uol. secundo, sed esto, quod requireretur scientia ab initio ad cursum dicti temporis, considerandum est, quod Nonantulani uiderunt, tunc hoc instrumentum productum, & est uerisimile multum, quod matricem uiderint in scripturis Notarii, qui de suis erat, & quas nunc habent penes eos, sicque non ignorauerint, nunquid esset falsum, vel non, merito a tempore dictae scientiae incepit sibi currere dicta praescriptio annorum viginti, prout declarat idem Castr. loco citato, loquens de statuto praesigente tempus anni ad accusandum de crimine non occulto, nam si filia fuerit redita praegnans a die, quo uenter eius cepit tumescere, materque cognoscere stuprum filiae per eius partum, uerisimiliterque cum quo ex ore filiae, cepit sibi currere tempus anni dicti statuti, nec post eius lapsum procedit eius accusatio, sic enim debet ad uinguem dici in casu nostro. Nec quicquam facit, quod ex aduerso dicitur, hic non agi de usu patris, sed filii recentis, delictoque nouo, haec enim concedere, quando non ante quis produxisset, & usus fuisset hoc instrumento contra Nonantulanos, ut fecit huius filii genitor, a quo tempore citra cum praescriptio decursa fuerit, sublata fuit

prorsus omnis actio partis aduersa, ut est tex. apertus & ibi notat Abb. in c. ad aures. de praescript. per quem tex. subdit ille post Butr. iudicem posse repellere ex officio suo ab agendo illum, cui obstat legitima praescriptio, quia sine actione nemo experitur, nec immerito, quia exceptio praescriptionis dicitur litis finitae, & impedit litem ingressum. l. si ubi Bar. ff. pro suo. l. sicut. C. de praescriptio. 30. annorum. Bart. & Doct. in l. fratris. C. de trasact. Guid. Pap. quest. 116. colum. pen. Capella Tholosa. questio. 67.

quod sine dubio procedit, quando exceptio praescriptionis potest incontinenti probari & liquidari, ut per Bald. in l. si is quem. C. ne de stat. defuncti. Cy. in l. si. col. 5. notab. 10. C. de edi. diu. Adr. tollen. & alios cumulat Menoch. in remedio 4. de adipis. posses. nu. 781. cum sequenti. prout in casu nostro uerificatur ex processibus annorum quadraginta, & ultra factis cum Nonantulanis, in quibus productum fuit hoc instrumentum, & secundum illud saepius iudicatum, nam acta faciunt notorium. c. si. de cohab. cleric. & mul. l. acta. ff. de re iudic. Innocent. in c. ueniens. de uerbo. signi. Do. meus Riminaldi. conf. 260. nu. 20. & in apofillis ad eum dixi. Nec certe iure cautum reperio, quod quando praescriptio completa fuit in alicuius uita, quod successores sui possint molestari, sed ex ea se tueri possunt; quia in iure firmato in persona defuncti haeres eius personam repraesentat, ut per Areti. consilio 123. uersi. Nec obstat, & Roland. a Valle consil. 50. nume. 8. uolumine secundo.

Nec usus D. Magnanini dicitur nouus & recens, ut non dicitur decursa praescriptio, sed dicitur ueteris uis paterni continuatio, nam cum pater alias produxerit, & usus fuerit instrumento pro uero & legitimo, quando fuit opus aduersus Nonantulanos pariter eius filius id producendo & utendo dicitur usum patrum continuasse, non autem nouum actum fecisse, prout dicitur de illo, qui erat in possessione, & eius uigore quid agit, qui non dicitur aliquid innouasse, nec actum nouum fecisse, sed suam possessionem continuasse, ut est gloss. notab. & ibi Dominic. in c. non solum. de appellat. in sexto. Bero. consil. 87. num. 3. uolum. primo, alias sequeretur absurdum, si diceretur hic usus nouus ad tollendam praescriptionem iam decursam, quod & haeres possidens non esset tutus praescriptione sui praesessoris iam completa, cum diceretur & ipse nouiter possidere, quod est falsum & debet igitur attendi principium temporis in hac questione falsi, quo commissum fuit crimen, nam ab eius die incipit praescriptio 20. annorum ex d. l. querela, ut determinat Boss. in tit. quomodo procedendum per actum delicti. nu. 22. & sic quando reueletur fuit hoc instrumentum, & productum per genitorem principalis mei (si falsum esset, quod negatur) non autem nunc quo eo utitur.

Nec

Nec ad illud refugium miserorum recurri debet, quod per tranennam tactum video ex aduerso, quod ueritas, in qua sunt minores ignara praesumitur, quasi quod restitutione digna sit, & postea agere possit, nam non passim conceditur restitutio, quando supina fuit ignorantia, sed ita demum si iusta & probabilis, ut per Roma. consil. 127. ad fin. Dec. in l. 2. C. qui admittit. Felyn. in c. uigilanti, columna quarta; uersi. limita tertio, de praescript. Dec. consil. 36. columna penultima. Paris. consilio 66. numero 95. uolumine tertio, cum similibus, per Horatium Mandosium Romanum in additio. Romani loco citato. ubi pariter adducit Romanum consil. 340. in si. ubi dicit, quod ignorantia crafta non prodest alleganti: habet enim vim scientiae, at haec talis est, millies enim uiderunt, aut uideri potuerunt aduersarii dictum instrumentum & matricem, sicque crediderim indubitanter.

Nec meo iudicio repugnat alius obex statuti de arbitrio Potestatis, lib. 3. quo facultas datur Curiae procedendi & terminandi non obstante praescriptione legis querela. C. de falsi merito uana uidetur eius exceptio pro domino Magnanino deducta. Nam quaeo diligentius consideretur id statutum, quam fiat ex aduerso; quia nihil obstat. Et imprimis in eius praesatione, quae dicit, quod ex quo homo deuians a uia ueritatis in crimen labitur falsitatis, tanto uirga seueritatis seuerius est in falsarios extendenda, & talis enim ratio posita in praesatione dicti statuti restringit, & limitat dictum statutum, ut per Bar. Castr. Alex. & Iaf. in l. cum hi. de eam transactionem. ff. de transactio. Dominus meus Riminaldi. conf. 25. nu. 28. & Boerius consil. 40. num. 36. quibus accedit, dispositionem legis quantumcunque generalem per rationem limitatam restringi, ut probatur in l. cum pater. S. dulcissimis. & ibi Bar. Bald. Alberic. & Castr. ff. de leg. 2. & in l. pater. S. fundum. & ibi Bar. ff. de leg. 3. Angel. in l. quod dictum. ff. de pact. glo. Dyn. Alber. Angel. Castr. & Aquenf. in l. si is qui animo. ff. de acquir. posses. cum similibus, per Tiraq. in trac. cessante causa, prima parte, num. 139. & sequen. ideo cum de falsariis dictum statutum loquatur, & sic de his qui commiserint falsitatem, sequitur, ut ad tales restringi debeat, qualis non est Magnaninus, qui sine dubio falsitatem non commisit.

Secundo considero uerba, quae ponuntur inferius, ubi dicitur, quod Potestas habeat plenum arbitrium procedendi & condemnandi omnes personas, quae in posterum facient, vel committent aliquam falsitatem, vel speciem falsitatis, vel fieri fecerint, vel mandauerint, & neutrum nanque de praedictis fecit dominus Magnaninus ueluti non natus tempore celebrati huius instrumenti, de quo agitur, ergo cum non conueniant illi uerba statuti, nec ei conuenit eius dispositio. l. 4. S. toties. & ibi Bar. ff. de dam. insec. l. quod constitutum. ff. de testa. mil. cum uulga-

ri. Nec insuper obstat idem statutum subiungens, prouidemus quod in casibus praedictis Potestas &c. qui casus sunt in uentibus statutis, Poena producentis, vel uentis falsum instrumentum, & hoc exprimit in fine statutummet de arbitrio Potestatis, ibi. vel scienter uis fuerint, nam cum hoc statutum se referat ad superiora per illud uerbum, praedictis, quod est relatum praecedentium cum omnibus qualitatibus suis. l. 1. S. hoc edicto. & ibi Bar. ff. de potest. Bart. in l. talis scriptura. S. fin. colum. fina. ff. de leg. 1. Soci. consil. 62. uisus. num. 1. & consil. 112. num. 14. uolum. 4. Paris. consil. 21. nume. 37. uolum. 3. sequitur, ut det auctoritatem Potestati procedendi non obstante. d. l. querela. in casibus de quibus loquitur illud statutum praecedens, Poena producentis. At illud statutum loquitur de scienter producente, vel uente instrumentum, quod manifeste sic falsum, manifestumque dicitur illud quod uulgò dicitur & coram pluribus testibus, ut declarat Bar. in l. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. num. secundo, & ponit Iaf. in l. si uerò. S. qui pro rei. numero 9. ff. qui satisda. cog. qualis non est casus noster; quia non video quicquam constare, quod hoc instrumentum, quo usus est Magnaninus, dicatur manifeste falsum, nec quia uulgò dicatur, nec coram pluribus testibus, ergo Curia & aduersarii, qui uolunt se fundare in dicto statuto de arbitrio Potestatis, ut tollant per illud obstatulum legis querela, uerificare debent qualitates, in quibus loquitur, uidelicet quod Magnaninus fuerit falsarius faciendo falsitatem, vel fieri mandando, vel utendo instrumento manifeste falso, nam clarum est, quod quando quid ab aliqua lege, vel statuto profertur cum aliqua qualitate debet utrunque probari, scilicet illud & eius qualitas, ut est doctrina Bart. in l. 1. S. 1. ne quid in sum. publi. Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. Alexan. consil. 161. uol. 5. Dec. consil. 13. col. 3. consil. 18. col. 2. consil. 44. in princ. & consil. 589. num. 7. Marfil. sing. 187. Rubeus consil. 16. numero 14. Dominus meus Riminaldius consilio 58. in fin. & consilio 114. num. 8. Sic ergo discurrendo male citatur illud statutum, de arbitrio Potestatis, ad excludendum praescriptionem d. l. querela, cum non uersemur in casibus suis.

Tantoque magis in hanc sententiam descendendo, quod ista Communitas Nonantulae forensis est, nec sustinet onera realia & personalia hic vel in districtu Ferrariae, quo stante succedit statutum, Quibus casibus forenses, dicens, quod nullus forensis vel non sustinens onera realia & personalia in Cituitate Ferrariae, vel eius districtu gaudere possit beneficio horum statutorum in decisoriiis. At statutum, Poena producentis vel uentis falsi instr. est decisorium; quia condemnat ad amissionem causae praeter alias penas, quas imponit, ergo dicta coitas d. statuto niti non potest, nec talis exceptio proueniens Hippol. Rimi. T. Secundus. Ff ex

ex capite d. statuti, quibus casibus forenses &c. intelligitur referuat per illud de incidentibus & emergentibus, quod quibusdam exceptis ceteras referuat ad merita in tempus ferende sententia, per doctrinam Bart. in l. 1. §. & parui. nu. 5. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, quod quando alia exceptiones descendunt ex aliquo cap. statutorum eiusdem ciuitatis, illa possunt opponi non obstante, quod sit dictum in statuto, quod nulla alia exceptio opponatur: quia non est verisimile, quod seipsum per illa verba generalia voluerit corrigere, & illam decisionem Bart. sequitur Dec. consil. 45. columna secunda, consilio 195. columna secunda, decis. Neapol. 403. num. 18. Dominus meus Riminaldus consilio 118. num. 41. & consilio 180. in fin. Quare stante dicto statuto, Quibus casibus forenses, dicitur nullatenus assignandum esse terminum super accusatione partis fundata in dicto statuto, quo vti non potest, Nec ab ista conclusione me quicquam retrahit, quod ex aduerso dicitur, quod sicut forenses hic in delictis forum fortiuntur, & poene statutorum subiiciuntur, vt per Bart. in l. 1. numero 21. quaestione secunda. C. de sum. Trinit. ita quoque debent vti posse statutis eiusdem contra ciues, quod & vsu videmus forenses ciuibus furantes & e contra poena plecti, & sicut Syndicus huius vniuersitatis vtens hic aliquo instrumento falso iuxta statutum nostrum & interrogari, & puniri posset, pariter e contra statuendum est ex regula, quod quisque iuris. Quare sequitur, quod dicitur, forenses non vti, neque frui statutis nostris, intelligendum fore, quando non ligantur eis, ne commodum consequantur sine vilo damno, 32 t quoniam deuiant haec a mente iuris, & ob id reicienda sunt, nam forenses ideo fortiuntur hic forum, poenisque statutorum subiiciuntur, si delinquant hic: quare quemadmodum contrahendo hic statutis his dicerentur se alligasse, & secundum ea contrahere voluisse, sic & delinquendo. l. omnem. ff. de iudic. & ibi Castrenf. notans, quod non solum in loco contractus quis fortitur forum, sed etiam in loco, in quo deliquit, t quia quod ad ius fori delicta & contractus sunt paria, & hac consequentiam facit in specie Salyc. in lege prima, numero septimo. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. vbi ponit quaestione de Bononiense, qui deliquit Mutinae, dicens, quod iudicari debet secundum statuta Mutinae, si quod fecit erat prohibitum de iure communi; vt falsitas in casu nostro, t mouetur hac ratione: quia de contractu arguitur ad delictum, dicta lege omnem, sed in contractu iudicatur secundum statuta loci, vbi contraxit, ergo & in delicto iudicari debet secundum eiusdem loci statuta, & vltra Salycetum de hoc est ampla decisio Gandini magni practici in criminalibus in tracta. de poenis reorum, numero decimo sexto, versic. Po- 35 ne quaestione, t vbi dicit, quod si Placenti-

nus in territorio Cremonae commisit delictum, pro quo de iure communi poena pecuniaria imponitur, at ex statuto Cremonae corporalis, vtiq; puniri debet secundum statutum Cremonae, secundum Dyn. Lambert. de Rampobibus & Ro. de Roma. quos allegat, t redditque rationem: nam Placentinus ille delinquendo factus est de foro Potestatis Cremonae, ideo puniri debet ibi, vbi deliquit, lege prima & athen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. sicut enim forum sortitur quod ad hoc vt puniatur, vbi deliquit, ita sortitur super se leges loci, vbi deliquit, t sicut Iudex seruare debet leges, vbi celebratus est contractus. lege si fundus. ff. de iur. iur. ita dicitur in delictis, vt lex propria loci, vbi delictum factum fuit, seruari debeat, si lex illa est ad decisionem litis, vel poenae impositionem, nec mirum (dicit Gandinus) si nos argumentamur de contractibus ad delicta, cum ipsa parificentur a iure, & illam decisionem Gandini refert & sequitur Euerard. in cent. sua, loco vigesimo de contractibus ad delicta, & concordat Marfil. in l. fin. numero octuagesimo secundo. ff. de iur. omn. iudic. t & vltra praedictos est text. valde notab. in l. Imperatores. ff. de iure fisci. dicens, quod delinquens dicitur se poenae subiicere, ibi. ipse te huic poenae subiicisti. Ideo si Syndicus huius vniuersitatis vsus fuisset hic instrumento falso contra ciuem, teneretur poenis horum statutorum, vel alius forensis hic furans, vel aliter delinquens ratione praedicta Doctorum, quibus addendi sunt Oldradus in lege cunctos populos. C. de sum. Trinit. Odofredus Iaso. & Iacob. de Beluis. in lege fina. ff. de iur. omn. iudic. Alberic. in tracta. statutorum, quarta parte, quaestione trigesima nona. Marfil. consil. centesimodecimo, numero centesimodecimo septimo, & in practi. crimin. §. constante, t vbi dicit esse communem, decis. Neapol. 265. num. sexto. demumque Iacob. Nouell. consilio centesimosexagesimo nono, primo Tomo criminalium, qui concludunt, quod ex quo delicti locus attenditur, Iudicem originis delinquentis non posse contra eum procedere pro delicto alibi per eum commissio, sed in loco tantum delicti cum forum sortiri, & puniri posse, sed non inde sequitur, quod si Ciuis vsus fuerit instrumento falso contra forenses, illi possint vti beneficio statutorum nostrorum in decisoriiis contra talem ciuem, t quia statutum, quibus casibus forenses &c. prohibet, quod nullus forensis, vel non sustinens onera realia & personalia in ciuitate Ferrariae, vel eius districtu, gaudere possit beneficio statutorum ciuitatis Ferrariae in decisoriiis, nisi in casibus permisis ab ipsis statutis, qualis non est praesens, t non enim notum est, nec inauditum, quod statutum reddere possit conditionem forensium deteriorum, quam Ciuium, vt determinat Curt. Iun. consilio 129. col. quarta, dans exemplum de sta-

de statuto, quod forensis non possit acquirere bona immobilia in Ciuitate, & in plerisque aliis casibus, in quibus firmant scribentes, & formant quaestiones de statutis facientibus forenses deterioris conditionis, quam ciues, t & tamen praesupponunt talia statuta esse valida, vt per Alexand. consilio 41. columna fina. volumine quinto, repetito consilio 116. vol. quinto, de statuto prohibente ciues fideiubere pro forense, & sic contra forenses loquente, & deteriorum conditionem suam faciente, nam forenses pro ciuibus possunt fideiubere, & tamen ciues pro forensibus nequaquam stante tali statuto, quod adeo valet, vt ei renunciari non possit, vt tradit Castrenf. consil. 424. in fin. volumine secundo, t Bald. consilio 284. pone statutum, volumine quinto, loquens de statuto prohibente fieri compromissum in foresem, quod in hoc quoque reddit illius conditionem deteriorum, cum nihil prohibeat forenses in ciuem posse compromittere, & haec exempla refert Crau. consilio 242. colum. quarta. t Quare idem bene consilio 201. colum. quinta, dicit valere statuta, per quae conditio forensium deterior fit, quam Ciuium, & idem videmus in statuto prohibente Notarium forenses non descriptum in matricula loci posse ibi conficere instrumenta, vt late determinat Roland. a Valde le consil. 92. per totum, volumine tertio, t respondens consilio Castrenf. 226. volumine secundo, volentis contrarium, qui mouebatur ea ratione: quia statutum non poterat personas forensium habiles inhabilitare, vt per Bart. & Bald. in d. l. 1. C. de sum. Trinit. nam dicit Rolandus num. 21. cum sequentibus, quod procedit illa ratio, quando statutum simpliciter & absolute personam forensis inhabilitat, t sed quando non simpliciter quid vetat, sed cum aliqua modificatione, puta quod pater non possit inter liberos testari, nisi cum sex testibus, tunc ligat forenses, noua Bald. in d. l. 1. versic. Tertio casu. Socin. consil. 97. colum. secunda, volum. primo, vbi de Notario vt supra loquitur. Rui. consil. 201. volum. primo. Bero. consilio 89. volumine tertio. & Christophor. de Castell. consilio 23. & in alio casu Bald. in repet. l. fin. ff. de iur. omn. iudic. t taliter enim procedit statutum, quibus casibus forenses &c. quia non simpliciter inhabilitat forenses quod ad vsum statutorum Ferrariae, sed in decisoriiis tantum, non autem in ordinatoriis. Quinimod nec simpliciter in decisoriiis eos inhabilitat, sed in casibus tantum non permisis ab ipsis statutis, & vbi non haberent similia statuta in loco suo, quibus vti possent ciues Ferrariae aduersus eos. Vnde patet, quod isti Nonantulani sunt inhabiles ex dicto statuto redditi ad vtendum contra ciues dicto statuto de produc. vel vtent. fals. instr. & cessat argumentum ex aduerso factum, quod non debeant ex istis statutis ligari sine eorum commodo: ligantur enim contrahendo, vel de-

linquendo hic, sic iure communi disponente, commodum vero non habent eis vtendi, statuto sic disponente, t quod vbi videretur durum est seruandum, l. prospexit. ff. qui & a quibus Sed non est, ex traditis per Curt. Iun. in d. consilio 129. columna quarta, vt per eum, t sicut etiam cessat ratio retorquutionis, quae si locum non habet, quando consuetudo fit in loco secus statuendi, vt per Ias. in l. 1. col. 1. ff. quod quisque iur. pariter idem dici debet stante statuto in loco, dictam retorquutionem impediendo, vt in casu nostro, quo ciues possunt accusare forenses de vsu falsi instrumenti, sed non e contra per dictum Statutum. Quibus casibus forenses &c. Et ex his apparet reiectis omnibus spinis ad fauorem principalis mei pronunciantum fore, liberando prorsus eum a tam calumniosa & nulla accusatione, & quae nullo modo potest per aduersarios intentari stantibus praedictis. Sed vterius posito, quod & accusatio procederet, & dicto statuto posset vti dicta Communitas, tamen dominus Magnaninus absol- 50 uendus est a poena falsi, t quoniam produxit, & vsus est instrumento releuato in publicam & authenticam formam, quod verum praesumitur, id est non falsum, & verum id est non simulatum. l. cum praecipibus, & ibi Bald. colum. 1. C. de probationi. Ias. consil. 124. columna prima, vol. 1. Bertrand. consilio 124. colum. si. volum. secundo, nouissimorum, Gabrielius Romanus lib. 7. 51 crimin. conclusione secunda, nu. 20. t & ideo dicit Bal. in c. 1. §. si instrumentum, de not. feu. qd pro instrumento publico duae praesumptiones, immo vero dicere possumus, qd duae probationes oriuntur, vna quod fit verum, alia quod 52 fit solemne, t & vt addamus tertiam, quam idem Bald. ponit in l. secunda, in vltima car. C. de rescind. vendit. quod omnia in eo descripta fuerint facta, & a partibus prolata, sequitur Berous consilio primo, numero 18. volumine secundo & Natta consilio 194. numero tertio, 53 t subdens, quod in instrumento publico non praesumitur fraus, neque simulatio secundum Bal. in c. illud. circa fin. de praesumptio. & cum praedictis etiam concordat Dec. consil. 36. columna quarta, versic. His praemissis, & consil. 175. columna sexta, versic. Vterius. Ias. in l. si post diuisionem, notab. 1. C. de iur. & fact. ignor. & post eos Cattel. Cotta libro memorialium. ver. instrumentum praesumitur verum. 54 t Secundo, quod istud instrumentum falsum dici non possit ostenditur pulcherrima ratione, nanque celebratum fuit anno 1505. 17. Iun. Rurfus iidem homines & Commune 20. August. donarunt easdem terras iam donatas magnifico D. Hieronymo Magnanino, de quibus in dicto instrumento Zandorii, de quo dixerunt habere omnimoda scientiam & notitiam, & de hoc secundo instrumento rogatus fuit ser Mathaeus de Ansalonibus Notarius Nonantulanus, Ff 2 & hanc

& hanc eandem donationem repilogarunt 24. Augusti, ex alio eius instrumento rogato per dictum Ansalonem. Demumque 11. Septembris & confirmarunt iam factam, & denuo fecerunt ex instrumento confecto Regii rogato per ser Paulum Gasparem ab Anguillis, postea 15. Septembris Massarii & Procuratores dicti communis ex instrumento mandati rogato per dictum Ansalonem induxerunt in tenutam & corporalem possessionem procuratorem dicti Magnanini terrarum sibi donatarum, de qua tenuta rogatus fuit ipsemet Zandorius, qui pariter citat instrumentum suum dictae donationis, & vltimus 29. Octobris dictus Magnaninus inuestitus fuit de dictis terris sibi donatis ab Abbate Nonantule, approbando dictam donationem, confirmationes, tenutam, caeteraque sequuta, de qua re rogatus fuit ser Ioannes Valentinus Notarius Mutinensis. Demumque Dux Alphonus inclita memoriae Princeps anno 1506. vigesimo Martii decreto suo dictam donationem, & caetera sequuta auctoritate sua Ducali, & de sua plenitudinis potestate confirmavit & approbavit, suppledo omnes & quoscunque defectus, qui vndeunque, qualitercunque & quomodocunque in praedictis interuenissent, & vt latius in allegato suo decreto. ex quibus omnibus sequitis post hoc instrumentum Zandorii productum a Magnanino surgit verum fuisse dictos homines & communitatem donasse patri suo dictas terras, merito hoc instrumentum non potest dici falsum, dato, quod allegatum Prothocollum ex aduerso reperitur in aliquibus verbis diuersum ab eo, ex quo veritas donationis factae patet ex tot subsequitis. Moueor ex doctrina Baldi in lege si ex cautione, quaestione prima. C. de nonnumera. pecun. vbi valde notabiliter inquit, quod instrumentum est falsum, a quo remouentur verba, & mens contrahentium, si autem remouetur mens, sed non verba, dicitur simulatum & non falsum, † Sin autem remouentur verba, sed non mens non est simulatum, nec falsum, quia substantiatur in radice veritatis, & eius subiectum est veritas. cap. nihil obstat. de verbo. significat. sentit ergo Bald. ibi, quod falsitas instrumenti dici non potest, vbi habet veritatem suffragantem, & ita sequitur Bald. considerans & concludens Natta consil. 132. numero sexto. † Quod ad vnguem verificatur in casu nostro, nam supponitur in allegato Prothocollo, quaedam deficere, de quibus in hoc instrumento. Tamen non deficit mens: quia veritas est, dictos homines & communitatem donasse dictas terras Magnanino, prout ex tot aliis instrumentis apparet. Vnde positum, quod remoueamus verba, qua videntur superabundare in hoc instrumento plusquam in asserto Prothocollo: quia tamen mens non deficit vtrouique factae donationis, hoc instrumentum neque simulatum, neque falsum dici potest,

test, & hac doctrina magistralis Bald. meo iudicio multum deseruit Magnanino. <sup>omni modo</sup> 57 † Tertio confirmatur haec conclusio, nam pariter Magnanini dum vixit a die tenutae & corporalis possessionis citra de anno 1505. & post eum Magnaninus stetit in possessione vigore dicti instrumenti dictarum terrarum, videntibus, scientibus & tolerantibus Nonantulanis, ergo eo nunc vtendo contra eos non dicitur falsum commississe, nec de falso accusari potest, ita Bald. egregie consilio 37. quidam Tabellio, volum. primo in nouis, quem sequitur Crauet, consilio 65. numero 11. & Petrus Foller, consilio 139. numero tertio, primo Tomo crimin. ex quo enim longo tempore pater & filius in possessione steterunt dictarum terrarum vigore dicti instrumenti censetur approbatum, & propterea falsitas cessat, vt per eos, quod gladium ponit ad radicem. <sup>nulli ribbor supponi possit</sup> 58 † Sola superest difficultas in respondendo dicto asserto Prothocollo, cui velut matri dicitur esse standum, & imprimis dicitur illud non esse verum Prothocollum instrumentum productum per Magnaninum, probatur: quoniam iam dudum praeteritis annis, dum vivebat Zandorius, & eo mortuo ista Communitas litigauit diu cum dicto Magnifico domino Hieronymo tam Ferrariae, quam Romae super dicto instrumento, quod impugnare nitebatur, veluti nullum & ex aliis causis, in quibus succubuit, nec vnquam dixit, vel allegauit illud esse falsum, licet facile posset videre dictam scripturam, qua nunc allegat esse Prothocollum, tam ab ipso Zandorio, quam ab eius vxore & filio, demumque a Comite Christophoro Sertorio omnibus de dicto communi, penes quos fuerunt scripturae dicti Zandorii Nonantulae. Si enim dicta scriptura fuisset verum Prothocollum, tuncque fuisset penes praedictos, illud produxisset ad impugnandum hoc instrumentum de falso, quo tunc etiam D. Hieronymus Magnaninus utebatur: quoniam lex non praesumit, quod quis omitrat producere iura, quae habet, at nec illud produxit, nec de illo habuit mentionem, signum euidentis quod ista scriptura non extabat pro Prothocollo, igitur falsa reputari debet, & verum hoc instrumentum, ita ferè in terminis arguit D. Franciscus de Capitibus listae consil. 71. num. 15. volum. 1. criminalium, vbi proprie ad arguendum instrumentum de falso considerat, quod prius diu fuerat litigatum inter partes, nec vnquam fuerat productum, nec allegatum per Communitatem, de qua loquitur, quod vti que fieri debuisset, si fuisset verum ratione praedicta, merito demum illud producendo concludit id esse falsum, quare sic idè dicamus de hoc asserto Prothocollo nuper allegato, & productum, in praeritum verò per tot annos nequaquam.

Secundo confirmatur haec conclusio, nam per quatuor Notarios examinatos per Magnanino, Bonsignoriu, Benuenutu, Suciù & Maluerium dicitur,

dicitur, vnanimiter scripturam ex aduerso productam non esse verum Prothocollum Zandorii, vnde releuatum fuit instrumentum productum per Magnaninum, cum careat subscriptione nominis & cognominis, ac rogatus dicti Zandorii, & in margine verbo extensum, leuatum, vel exemplatum, † quorum iudicium velut iuridicum corroboro, nam si reperitur folliaciium inter scripturas Notarii vel filicia sine subscriptione & signo non potest inde leuari instrumentum, quod faciat fidem, prout voluit Abb. in c. 1. columna tertia. de fid. instrumen. Castr. consil. 204. in antiq. ad primum, & consil. 230. 9. dubio. Ange. consil. 220. ad hoc. Bald. consilio 22. volumine primo cum similibus. quos cumulat, † & dicit esse magis communem Cagnol. in l. si librarius. num. 35. ff. de reg. iur. igitur cum fuerit instrumentum hoc leuatum per ser Bartholomaeum Biancolinum, datur intelligi non a dicta scriptura, veluti falsa, nec matrice, sed ab alia vera matrice fuisse releuatum hoc instrumentum per Magnaninum productum: quoniam ab illa defectiua non potuisset instrumentum publicum releuari, † ea mirum ratione: quoniam Prothocollo & abbreviatura Notariorum tunc demum probant, quando fuit in eis signum Notarii positum, secundum Cyn. & Bald. in l. contractus. C. de fid. instrum. idemque Bal. in rubrica, sequitur Paris de Put. in tracta. de reassumpt. instrum. rubrica vigesima, numero septimo.

62 † Tertio dicunt iidem Notarii pro Magnanino, dictam scripturam non esse Prothocollum Zandorii veluti differentem ab aliis Scedis & scripturis eius continentibus suum nomen, cognomen, rogatum, signum & extensionem factam in prin. qua in praedicta scriptura deficiunt, & bene sic arguunt, quod si Zandorius erat solitus in suis Scedis & Prothocollis praedicta ponere, & in hac scriptura deficiunt, ergo non est suum Prothocollum, † quoniam ad declarationem eius quod actum est, consuetudo solius patrisfam. attenditur, & sic ipse Notarius, de cuius actu disputatur, an sit suus vel non. l. vel vniuersorum. ff. de pignorat. l. qui semisses. ff. de vsur. l. haeredes palam. §. si quis post. ff. de testament. l. si seruus plurius. in fin. ff. de leg. primò. l. numis. ff. de leg. tertio. Natta consil. 406. colum. fina. in princip.

64 † Simile videmus, quod si producuntur plura instrumenta donationum factarum per aliquem, ex quibus probatur consuetudo sua sic donandi per instrumenta, vt tradit Angel. in l. vetustissimam. C. de iure dom. impe. Socin. consilio 94. columna quarta, versic. Circa secundum volumine primo. Dec. consil. 11. columna sexta, versic. & cum talis. Curt. Iun. consil. 106. columna secunda. Crauet. consilio 134. num. 9.

65 † si postmodum probetur aliter fuisse factam donationem ab eo, quam per instrumentum, praesumitur id non esse verum stante illius con-

suetudine donandi per instrumentum, vt concludit Roland. à Valle consil. 40. ad fin. vol. 1.

Nec obstat, quod aliqui de testibus Nonantulae dicant, vidisse Scedas & scripturas diuersorum Notariorum in Castro Nonantulae, in quibus adsunt subscriptiones nominis tantum sine cognomine: quia dicit etiam vidisse alias habentes vtrunque, & in principio quandam imbreuituram, quam pro extenso, seu exemptione plato fuerunt interpretati. † Vnde cum de consuetudine aliorum Notariorum difformi & varia deponant, nihil releuat eorum probatio: quia ex actibus variis & difformibus non inducitur consuetudo, sed obseruatur ius commune. Bart. in l. secunda, in fin. ff. solut. matri. Bart. & Bald. in l. solent. §. non verò. ff. de offic. proconsul. & leg. Bald. in l. de quibus. versic. tertio quaero. ff. de legi. Natta consil. 106. numero decimo. Dec. consilio octauo, numero quarto, consilio 129. columna secunda. Crau. consilio 196. Roland. à Valle consilio 87. numero 54. volumine secundo. † Praeterea, non sufficit probare consuetudinem generaliter, & sic aliorum Notariorum, sed in specie probari debuit, hoc est ipsius Zandorii, vt per Oldra. consilio 237. perspectis & diligenter. columna prima. Anchar. consil. 339. pro maiori intelligentia. columna quinta, versic. ad secundam rationem. Alexan. consil. 196. viso testamento. column. secunda, versic. Secundò respondeo. Crau. consilio 34. numero quinto, & consil. 96. Natta consilio 575. num. 15. Roland. à Valle consilio 53. numero 39. volum. secundo. † Tertio vbi etiam ageretur de variis & diuersis consuetudinibus, illam sequi deberemus, quae fauorabilior est. tutor qui repertorium. §. ex certis. ff. de administ. tutor. Jacob. Nigri. in l. diem functo. numero secundo, ff. de offic. assessor. Roland. à Valle consilio 69. numero 49. volum. mine secundo. † at certe si nos attendimus consuetudinem Zandorii soliti ponere in suis Scedis & Prothocollis extensionem, subscriptionem nominis & cognominis signi sui, & id genus, & sic excludamus scripturam ex aduerso, remanet instrumentum productum a Magnanino verum, quod est fauorabilius, quam firmando dictam scripturam pro Prothocollo, dicamus illud esse falsum, merito debemus attendere consuetudinem, per quam saluator hoc instrumentum veluti fauorabiliorem.

70 † Quarto non omitto, quod hoc instrumentum releuatum a Biancolino reperitur subscriptum ab ipso Zandorio dicente se rogatum scribere illud scripsisse in suis Scedis originalibus publicis & authenticis, & quia hoc praesens exemplum cum suo originali diligenter auscultatum concordare inuenit, ideo illi se subscripsit & authenticauit signo & nomine suis consuetis, quibus ita stantibus est impossibile velle dicere, quod scriptura exhibita dicitur esse Prothocollum originale, publicum & authenticum

huius instrumenti rogati per Zandorium, posito, quod esset manu illius conscripta, aliàs ille 71 mentiretur in subscriptione sua: † quoniam deficit illa scriptura requisitis ad publicam & authenticam scripturam Sceda, vel Prothocolli, in quibus requiritur rogatus. S. nos autem, in auth. de tabellioni. & ibi not. Angel. & alii canon. in c. cum P. Tabellio. de fid. instrum. Alex. conf. 152. colum. 2. volum. 2. Ioan. Andr. in additio. Specul. de instrum. edit. dicens, quod Prothocollum debet habere omnia, quæ publicum instrumentum, sequitur Dec. conf. 447. numero quinto.

72 † Item requiritur signum Notarii, nam sine eo imbreuiatura Notarii fidem non facit, Bal. in l. Lucius. ff. de testam. milit. Alex. in d. consilio 152. num. 15. Dec. conf. 97. col. 2. Specul. in tit. de instr. edit. §. instrumentum. vers. Item quod nõ est signatum. Guil. Main. in l. quo tutela. §. quæ in testamento, num. 22. ff. de regul. iur. cum aliis de quibus per Fely. & Dec. in c. 1. numero 13. de fid. instrum. Crau. conf. 216. volum. 2. † & ratio prædictorum est: quoniam omnes scripturæ, quas facit Notarius non sunt publicæ, nec publicam fidem habent, sed illarum tantum, quas ipse dicit publicas facere, & in publicam formam, vt tradit Luc. de Penna in l. generalis. C. de tabul. lib. 10. vel in quibus adhibuit solemnitates requisitas ad scripturam publicam, vt tradit Crau. conf. 150. col. 2. sequitur D. Felix Phebeus confil. 118. col. 2. secundo Tomo crimin. Cum ergo scriptura, de qua agitur, careat solemnitatibus requisitis ad publicam, patet illam non fuisse scripturam originalem, publicam & authenticam, ex qua testatur Zandorium releuatum fuisse hoc instrumentum,

74 posito quod esset eius manu, † licet Ioannes de Amic. conf. fin. col. penul. post multos dicat esse ad bene esse, nõ tamen necessarium, quod in instrumento Notarii signum requiratur, idẽq; firmat dicens esse magis communem Alexan. in rubr. ff. de ope. nou. nunciat. num. 14. & post eum Niconi. num. 112. Roland. à Valle consilio 44. numero 40. volumine primo, qui refert Card. consil. 113. dicentem non esse necessarium signum Notarii in instrumento extracto, & multominus in Prothocollo, sequitur Menoch. alios cumulans confil. 48. num. 15. † tamen ex generali consuetudine contrarium seruatur, vt per Dec. in c. 1. colum. 5. in 9. requisito de fid. instrum. Crau. consil. 72. Bursat. 76 confil. 26. num. 10. † Tantoque magis dicto asserto Prothocollo non est deferendum, quod ab hoc instrumento discordat, & tamen Zandorius testatur, quod vidit & audiuit concordare, quod bene ponderat Benuenutus Notarius concludens, quod ex quo discordat, illam scripturam non posse dici Prothocollum huius instrumenti releuati stante subscriptione Zandorii, qui dicit auscultasse & vidisse concordare cum suo originali.

Quintò concurrit etiam, quod dicunt Bonfignorius & Benuenutus de primo folio siue carta, & secunda dictæ scripturæ facta siue facta diuerso tempore eorum iudicio, hoc enim est insolitum & inauditum, quod vnũ & idem Prothocollum vnus instrumenti celebrati fiat diuersis temporibus, † meritò surgit hinc suspitio falsitatis dictæ scripturæ, & quod non sit verum originale huius instrumenti, iuxta notata per Bald. post glos. ibi in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. instr. vbi dicit, quod clausula insolita inducit falsitatis suspicionem, & idem Bal. in l. prima, columna tertia. C. de seru. fugit. inquit, quod illud quod non est verisimile, falsum præsumitur, & dicitur quædam falsitatis imago, sequitur Deci. confil. 399. numero octauo.

Istis modo tot vrgentibus aduersus dictam scripturam sequitur, ipsam sic suspectam reddi, quod ex ea vis fieri non possit, nec ad eam reuerti, velut matricem, † nõ quod dicitur, standum esse Prothocollo debet intelligi de fide digno, & non suspecto, aliàs secus, † sicut enim non statur ei, si sit erroneum, Fely. in c. cum ex literis. de fid. instrum. conclus. secunda, pariter & multo fortius si sit suspectum. † Simile videmus in consuetudine, vel statuto, quod libris mercatorum credatur, nam intelligitur, nisi mercator esset infamis, vel suspectus, vt voluit Bal. in l. cunctos populos. in repet. columna 15. versic. Quintum exemplum. C. de sum. Trinit. & in l. Calsius. in vltima columna. ff. de Senatori. vers. Vltimò quæritur, sequitur Ias. in repet. l. admonendi. sub num. 122. ff. de iur. iuran. Crau. consil. 21. numero 9. Marf. Sing. 488. in fin.

81 † Nec obstat, quod reperta fuerit inter alias scripturas Zandorii in forceriis super illo granario: quia cum forcerii staret aperti, vt testes aduersariorum deponunt, tam penes uxorem, & filium Zandorii, quam Comitum Christophorum Sertorium, potuit apponi per aliquẽ, quando dabantur clauis granarii ad perquirendum alias scripturas, aut si fuit scriptura Zandorii non fuit habita per eum pro publica, cum discordet ab instrumento releuato, cuius contrarium asserit ipse in sua subscriptione de concordia inter vtrunquẽ.

82 † Me quoque parũ mouent, quæ dicunt Calcicolarius, Zanninus & Roythus, quod sit scripta manu Zandorii per comparationem: quoniam cum fuerint induci vt testes, non autem vt periti electi à Iudice ad faciendum dictam comparationem, sequitur vt facta per eos tanquam minus legitime nihil probet, vt in terminis inquit Rui. conf. 79. sub num. 4. volum. 4. & Paris. conf. 55. num. 9. vol. 4.

Nõ obstant illæ duæ coniecturæ de data eiusdem diei ac temporis, & quod scriptura non sit cancellata, neque depennata. Quia non desunt longè plures & efficaciores coniecturæ cõtra eam, de quibus

de quibus supra, vt nunquam fuit deducta dicta scriptura, nec inde falsitas instrumenti, quod deficit solito stilo Zandorii in aliis suis scripturis, quod ei repugnat subscriptio Zandorii facta instrumento, demumque quod diuersis tẽporibus facta fuerit, † vnde tot coniecturæ & fortiores debent illas & pauciores & debiliores tollere. Crau. conf. 145. num. 11. Gram. consil. 22. col. fin. Calcan. confil. 63. col. pen. Hierony. Gabriel. conf. 159. num. 11.

Postremò non vrger quicquam statutum dicens, facta responsione velle vt instrumento pro vero termino ad deliberatẽ respondendum ignorantiam non prodesse, hoc est allegari non posse, quoniam si instrumentum de quo agitur non est falsum, sed est verum, vt est sine dubio, sumus extra statutum, & propterea cessat obiectum illius.

84 † Sed dato, non tamen concesso, quod instrumentum esset falsum adhuc dici posset ex abundantia, ignorantiam Magnanini sibi prodesse, & per eum allegari posse, hoc enim & quodlibet aliud statutum prohibens, quẽ se tueri prætextu ignorantia, intelligi debet de ignorantia iniusta, non autẽ de iusta, doctrina est pulcherrima Salyc. in l. Senatus. col. 2. vers. quacunq;. C. de his, qui sibi ascri. in testa. Roma. in l. 1. §. nunciacionem. ff. de oper. nou. nunciat. Alex. in apofth. ad Bart. in l. diuus. prima. ff. de fals. 85 sed D. Magnaninus † nedũ iustam, sed iustissimam habuit causam ignorantiæ falsitatis ex aduerso deductæ, primò quidem: quia non erat in rerum natura, quando factum fuit instrumentum prædictum inter Communitatem Nonantulæ & genitorem suum. Vnde in facto alieno probabilis est ignorantia. l. fin. ff. pro suo dominus meus Rimin. conf. 9. num. 28.

86 † Item successit patri, quo casu probabilis est ignorantia successione de factis eius, in cuius locum successit. l. qui in alterius. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Dominus meus Riminaldus confil. 363. num. 30. Vidit in super tot lites factas inter genitorem & dictos homines su per dicta donatione, nec vnquam fuisse dictum eius instrumentum esse falsum. Vidit etiam illud sæpius factum, confirmatum & executum per immisionem in corporalem possessionem genitoris sui de voluntate dictæ Communitatis inuestituram Abbatia sequutam, demumque Principis corroboracionem in ampla forma, quibus omnibus adduci potuit ad credendum ac firmiter tenendum, dictum instrumentum esse verissimum: & esse somnia mortuorum velle illud de falso accusare, quicquam nesciẽs de allegata scriptura, igitur excusandus esset, nec impediri posset ignorantiam allegare tam iustam: quoniam statutum cessat hoc casu sine vlla difficultate.

Et vt finem scribendi faciam, non miretur aliquis hoc instrumentum valere, & fidem facere, licet matrix & originalis eius scriptura

non reperitur, sublata dicta scriptura non vera, nec eius matrice per supra deducta, † quoniam non per hoc fidem perdit hoc instrumentum. Bal. in rubr. C. de fid. instrum. colum. 9. Castrenf. cõf. 230. Fely. in c. cum P. Tabellio. colum. 1. de fid. instrum. Aquen. in authen. si quis in aliquo. colum. 1. C. de eden. Cagnol. in d. l. si librarius. num. 83. de reg. iur. Rui. plenè conf. 215. num. 17. volum. 1. Et ita concludo ad fauorem D. Magnanini, quod absolendus sit, & pars aduersa in expensis condemnanda tanquam temerè litigans.

Hippoly. Rimin. Ferrar.

Pro eodem Magnanino, & in eadem causa.

ARGUMENTVM.

Tractat de nonnullis motiuis, quæ resoluuntur.

S P N M A R I V M.

- 1 Scriptura reperta inter Scedas Notarij præsumitur matrix & originalis. Fallit vbi non constat esse manu Notarij. 7.
- 2 Et vbi plures præsumptiones contrariantur. 9.
- 3 Prothocollum quæ requiritur.
- 4 Rogatus arguitur ex clausula, acta fuerunt &c.
- 5 Prothocolli amissio probari debet.
- 6 Instrumentum suspectum reddi videtur ex quorundam dissentiu. in alio instrumento vel scriptura. Quod auctor declarat. 20. cum sequen.
- 7 Scriptura minus continens obligatione debet præualere. Si sunt aequè principales & originales aliàs secus. 26.
- 8 Opponi potest in allegationibus, quod probatione non indiget.
- 9 Allegans scripturam esse manu alicuius id probare debet.
- 10 Scriptura nec allegata nec producta in præteritum præsumitur falsa & non vera.
- 11 Persona verificari debet nomine proprio & cum alijs demonstrationibus. 11.
- 12 Scriptura vnde instrumentum sumptum fuit solet habere in margine leuatum.
- 13 Consuetudo Notarij attenditur de cuius actu quaeritur. Nec aliorum Notariorum. 14.
- 15 Scriptura potest haberi pro nõ perfecta nec publica.
- 16 Testi contra partem creditur.
- 17 Præsumptiones plures vincunt vnã. Et pares oppositæ se inuicem confundunt. 18.
- 18 Instrumentum probat Prothocollo non reperto.
- 19 Vniuersitas si vocata fuit, factum à audibus partibus venientium valet.
- 20 Præsumitur nuncium requisivisse quem de mandato superioris.

- 22 Mandatum praesumitur ex cursu longi temporis in casu verisimili, quod interuenit.
- 23 Scripturae quarum una plus altera dicit, non dicuntur contrariae.
- 24 Testes quorum unus plus altero dicit non sunt contrarij.
- 25 Falsitas non nociva non est curanda.
- 26 Vniuersitas non potest dicere de dissensu quorundam mortuorum.
- 27 Prothocollo suspecto aut erroneo non est standum.
- 28 Falsitas arguitur ex non verisimilibus & impossibilitibus.
- 29 Notario asserenti standum est alio non apparente.
- 30 Mulieres & impuberes non debent interuenire in consilijs aut contractibus vniuersitatum.
- 31 Tempus vnum non recipit alterius determinationem.
- 32 Super abundans non viciat. Et que dubitationis tollende causa dicuntur non nocent. 32.
- 33 Duae partes ex tribus interuenisse, vel non, quomodo contingat.
- 34 Homines communis se obligare & nomine proprio non inconuenit.
- 35 Donationem vniuersitatis non reuocari per superuenientiam filiorum, quando non inconueniat. 36.
- 37 Praesumitur pro decreto.
- 38 Salte quando causa cognitio suis expressa in eo. 38. Earite & recte praesumitur interuenisse. 39.
- 39 Vniuersitas potest etiam immunitatem excedere pro re donata.
- 40 Non tamen in praiudicium Principis. 41.
- 41 Conductor exprimens quosdam casus quibus reueri noluit ceteros in se suscepisse videtur.
- 42 Euetio locum non habet in donatione qua incipit a traditione.
- 43 Nisi sit remuneratoria. 44.
- 44 Delictum non praesumitur.
- 45 Geminatio actus multum solet operari.
- 46 Notarij stipulatione ius absenti non acquiritur, nisi post ratificationem illius.
- 47 Sed an interim donans, possit penitendo reuocare. 48.
- 48 Communis est quod sic. 49.
- 49 Instrumentum non dicitur falsum quoties verba remouentur non autem mens.
- 50 Dubitatur quando de duabus scripturis recursus sit ad ea que tota scripta sunt manu Notarij.
- 51 Quod auctor declarat. 52.
- 52 Contractus quando multiplicatus praesumatur.
- 53 Scripturae pleniori standum.

CONSILIVM CXC VII.

Auxilium meum a Domino.



VONIAM in casu domini Ioannis Baptistae Magnanini cum communitate Nonantula quadam deducuntur ex aduerso, vt arguatur in instrumentum de falso, quo fuit vsus, ea referam, & illis responsum

dabo, quo veniat absolendus ab accusatione contra eum formata.

- 1 Primò dicitur, qd cum inter scedas Zandorii reperitur scriptura producta per Communitatem, praesumitur matrix & originalis, vt arguit Bart. in l. si quis. §. prator. ff. de eden. in l. si libarius. ff. de reg. iur. Natta conf. 146. num. 6. subdens talem praesumptionem desumi: quia sic solitum est fieri, quod argumentum tenet in iure. l. 1. §. merito. ff. ne quid in loc. pub. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. per.
- 2 Secundò, quia habet requisita in Prothocollis, vt annum, diem, testes & subscriptionem secundum Ioannem de Amicis conf. fina. col. lum. pen. §. Rogitumq; Notarii, qui colligitur ex clausula. Acta fuerunt &c. in fine posita, secundum Bal. in auct. quod sine. C. de testa. que sequitur Alex. conf. 14. col. 3. vol. 6. Castr. conf. 111. col. 1. conf. 291. col. 2. conf. 307. col. 2. vol. 1. Paris. conf. 61. col. 2. vol. 3. Iaf. in l. Galus. §. idem videndum in fin. ff. de lib. & posth. Rui. conf. col. 4. vol. 3. conf. 159. col. 4. vol. 4. & latius Roland. à Valle consilio 32. num. 32. volumine secundo.
- 3 Tertio, quia non exhibetur aliud Prothocollum, nec probatur amissio, velut ex causa belli, vt potuisset; decif. Neap. 13. num. 9.
- 4 Quarto, quia tres in ea scriptura nominantur, qui noluerunt consentire, cum tamen in instrumento productò per Magnaninum omnes consentiant, nam talis explicita quorundam contradictio denotat rem magis verisimilem consensu generali ac confuso sicque reddi videtur instrumentum suspectum.
- 5 Quintò, quia dicta scriptura minus continet obligationem, vnde debet praualece. l. Sempronius Proculo. & ibi Bar. & Bald. ff. de leg. 2. Soc. conf. 277. col. pen. vers. 3. vol. 2.
- 6 Sed hæc Magnanino non obstant. Fiunt. n. praesupposito, qd dicta scriptura sit manu Zandorii, quod non apparet, & negatur, nuncq; opponi potest, licet in allegationibus iuris, si prius non fuit oppositum, cum non indigeat probatione, vt per Alex. in l. 1. col. 2. C. vt quæ defunt aduoc. Dec. conf. 267. col. pen. §. qui vult ergo dicere illam esse manu dicti Zandorii, probare debuit. l. 2. ff. de probationi. aliàs non probato dicto praesupposito cessant omnes rationes, de quibus supra. l. mancipia. & ibi Fulgos. & alii. C. de ser. fugit. cum similibus.

Secundò posito, qd constaret dicta scripturam esse manu dicti Zandorii, §. respodetur ad primum, quod praesumatur matrix: quia fuit inuenta inter scedas Zandorii, hæc est vna sola praesumptio, qua id suadet, at longè plures sunt in oppositum, quod non praesumatur talis. Prima: quia in litibus transactis non fuit allegata, nec producta, vt poterat, igitur falsa non vera praesumitur, vt arguit Francif. de cap. lis. consilio 71. numero 15. volum. 1. crimin. §. Secunda: quia Magnaninus exhibuit instrumentum releua-

- 11 releuatum, quod ab ea non potuisset releuari, cum careat cognomine Notarii: §. potuit enim esse alius Ludouicus, quam Zandorius, nam persona debuit certificari, nedum nomine proprio, sed cum alijs demonstrationibus. l. hac consultiissima. cū ibi not. per Bald. Castr. Alex. & alios. C. qui testa. fac. poss. quod hic factum non reperitur, §. & quia non habet in margine leuatum, vel extensum aut exemplatum, vt poni debuisset, si ab ea leuatum fuisset instrumentum Magnanini. Vnde datur intelligi, quod ab alia vera matrice sumptum fuit, vt dicunt Bonfighorijs, Benuenutus, Sucius, & Maluetius Notarii periti.
- 12 Tertiò quia differt ab alijs Scedis Zandorii contentibus suū nomē, cognomē & extensio- nē, qd in ea deficiūt. Vnde dicūt iidē Notarii, qd si ita solitus erat Zandorius, datur intelligi, quod hæc non est vera matrix, attenditur enim consuetudo Notarii, de cuius actu quæritur. l. uel uniuersorum. ff. de pignor. action. Nat. per Nattam conf. 575. nu. 15. Roland. à Valle conf. 53. nu. 39. uol. 2.
- 13 Quarto, quia Zandorius in subscriptione quam facit instrumento productò per Magnaninum dicit de illo fuisse rogatum, & inuenisse illud concordare cum suis scedis originalibus publicis, & authenticis, hinc enim praesumitur dictam scripturam non fuisse ueram matricem. si discordat, sicque bene Benuenutus ponderat. Potuit enim fieri quod non habuerit eam pro perfecta nec publica cum discordet ab instrumento, & ita concludit in specie ser Lucas Zaninus examinatus ex aduerso, dicens, quod cum Zandorius attestatur in sua subscriptione instrumentum releuatum concordare cū suo originali, & quod in scripturis praesentatis non reperitur aliquod Prothocollum, quod incipiat, pateat, & quod adsit instrumentum publicum releuatum subscriptum manu Notarii de eo rogati, credit ipse testis, quod facta fuerit sceda conformis, & quod praesentata non sit sceda ipsius instrumenti stante diuersitate, tum in sui initio ab alijs scripturis, tum etiam ab ipso instrumento releuato, & stante etiam quod in margine illius non est adnotatum uerbum extensum, prout in pluribus alijs scriptis in eodemmet matio alligatis adnotantū uidit, tui testi credendum est contra partem.
- 14 Iaf. in rubri. ff. de iureiuran. Tum quia dicunt Benuenutus & Bonfighorijs eam diuerso tempore factam fuisse iudicio suo, quod ut insolitum suspensionem arguit falsitatis, ut per Bal. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit.
- 15 Tot ego praesumptiones uiuunt illa solam supra memoratam, auth. itaque. C. communia de successione. Crauet. consil. 145. nu. 11. cum similibus. Nec alia adiecta ascendant ad. 5. & posito quod pares essent dictæ praesumptiones illis

Magnanini, non tamen ex eis posset condēna- ri: §. quia praesumptiones pares oppositæ se inuicem confundunt: quia nulla victoria fit à pari, Bald. in l. non ignorat. col. 2. C. qui accus. non poss. Natta conf. 472. num. 27. Vnde sequi debet absolutio, ueluti actore non probante. l. qui accusare. C. de eden.

Ad secundum & tertium de requisitis in dicta scriptura, & quod aliud Prothocollum non exhibetur, dico non inde praesumi hanc esse ueram matricem stantibus dictis in contrarij.

18 §. & posito quod non probetur amissio Prothocollis satis est eo non reperto instrumentum Magnanini probare. Bal. in rub. C. de fid. instr. col. 9. Castr. conf. 230. Fely. in c. cum tabelio. col. 1. de fid. instr. Cagnol. in l. si libarius. nu. 83. ff. de reg. iur. Rui. consilio. 215. num. 17. uolum. 1.

Ad quartum, quod in dicta scriptura nominantur tres dissentientes, in instrumento uerò Magnanini dicitur omnes consensisse, §. dico quod quando uniuersitas conuocata fuit auctoritate superioris, & sono campanæ, ut in instrumento Magnanini dicitur & pars eius uenit, factum à duabus partibus uenientium ualeat, & tenet, & sic non curatur, quod duo aut tres ex illis dissentiant, sed reputatur factum ab omnibus, ita Abb. in c. cum omnes. col. 1. de const. & in c. in causis. ultimo notab. de electio. cum similibus. per Cacialup. in l. omnes populi. col. 16. & Crot. nu. 31. de iust. & iure. Natta conf. 1. col. 3. & 4. & posito, quod in dicta scriptura de capitaneo Nonantula, cuius auctoritate fuerunt homines conuocati, & coadunati ad requisitionem nuncio- rum publicorum qui nominantur: §. quia praesumuntur illi nuncii requisituisse dictos homines de mandato dicti Capitanei, cum ex cursu tanti temporis citra ab anno 1505. praesumatur dicta solemnitas auctoritatis Capitanei interuenisse iuxta notata per oēs. ubi Fely. abudē in c. sicut. de re iudic. cum potissimè non soleant nuncii publici uocare aliquos sine mandato superioris. Vnde in tali casu praesumitur mandatum ex cursu longissimi temporis, ut post Dominos de Rota decif. 3. de caus. poss. & pro pri. declarat egregiè Dec. consil. 36. numero 8. Quibus ita stantibus infero ad rem nostram, quod licet in instrumento Magnanini releuato non fuerit positum de illis tribus dissentientibus, sed quod in eo nominati donarunt &c. non per hoc instrumentum dicitur à Prothocollo discordare (quando tamen scriptura quæ producta fuit Prothocollum esset, quod negatur) quia & in ea uerum est alios præter illos tres donasse, §. & quando duæ scripturæ sunt quarum una plus dicit, quam alia non dicuntur contrariae, sicut de duobus testibus inquit Butr. in c. 1. de offic. leg. 2. oppositio. Maria. consil. 26. col. 4. Dec. consil. 163. col. 6. & D.

& D. meus Rimin. conf. 285. nume. 33. & cum taciturnitas illorum trium, qui dicuntur in scriptura dissenfisse, non faciat contractum magis validum, quam si fuisset dictum in instrumento de eorum dissenfū, vt ex prædictis patet, 24 † sequitur falsitatem dici non posse, maxime noticiam, ideoque non est curandum, an magis vno modo quam alio fuerit scriptum. I. damus cum ibi not. C. de falsi. illi ergo tres fuerunt omiffi in instrumēto, quia & eorum expressio tantum dissenfisse. Tantoque magis nihil releuat illorum dissenfus, cum duo ex illis repantur nominati, & expressi in secundo instrumento donationis earumdem rerum factæ magnifico D. Hieronymo Magnanino eodem anno 1505. 20. Augusti, & sic post duos menses à primo, uel circa, demumque duo procuratores dictorum hominum, & communis induxerunt in tenutam dictarum rerum procuratorem D. Hieronymi, sicque dicuntur etiam primò dissenfientes, postea ratificasse dictam donationem. Vnde super eorum dissenfū præcedente uis fieri non potest, ut tradit D. meus Rimin. confil. 209. nu. 26. † Præterea inter eos qui nunc agunt, non nominantur illi tres & meritò: quia uerifimiliter sunt mortui cum iam annis 98. factum fuerit primum instrumētum, igitur non possunt isti actores de dissenfū illorum opponere, ita Feder. de Sen. conf. 148. ad fin. & conf. 288. quem sequitur D. meus Rimin. in d. conf. 209. nu. 25.

Ad quintum respondetur, quòd loquitur in duabus scripturis æquè principalibus & originalibus, in quo casu non sumus, sed in instrumēto coadunato, & scriptura, quæ dicitur Brothocollum, cui dicitur non esse standum, uel suspecto sicut nec erroneo. Fely. in c. ex literis de fid. instrum.

27 † Vlterius dicitur instrumentum Magnanini continere multa non uerifimilia, & ferè impossibilia, ex quibus solet argui falsitas instrumenti, Abb. conf. 99. primò, quòd omnes homines Nonatulanis fuerint uocati per nuncios ad domum singulorum, cum constet ex mandatis in causa productis eos excedere mille homines, quòd nihil est. Non constat in instrumēto coadunatos fuisse homines. 73. ibique dici, quòd faciunt duas partes ex tribus hominum dictæ terræ & territorii, adeo quòd in totum poterant esse 110. quem numerum uerifimile fuit, & possibile uocari ad domum singulorum 28 † stari que debet & credi Notario sic asserenti, donec contrarium probetur, ut uoluit Feder. de Sen. conf. 224. & conf. 227. Hosti. Card. & Imol. in c. inter dilectos. de donatio. cum similibus per Ruin. conf. 189. nu. 16. volum. primo.

29 † Nec quicquam faciunt mandata, quæ allegantur copiosa magna personarum turba; quia uideo mulieres etiam nominatas in eis, quæ non solent in consiliis uerifitatis, aut earum contractibus interuenire, nec de iure debent, sicut

nec filli nec impuberes, ut per Innocent. in c. cū ex iniuncto. de oper. nou. nunciat. Alex. in Apo. fil. ad Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque uini. nomi. Vnde si redigantur ad habiles & conuictos 30 vocari, cessabunt amaritudines allegatæ, † nec bene satis infertur de moderno tempore ad illud transactum iam per annos ferè. 70. quia ab eo tempore citrà potuit multum augeri numerus dictorum hominum. Vnum enim tempus non recipit determinationem ab alio; Ias. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offerendis.

31 † Secundò ponderatur, in instrumento dici, quòd dominus Ioannes. Philippus Sertorius suo nomine & fratrum pro eis de rato promissit, quòd necesse non erat, si omnes fuerint uocati, cum citati non comparentes censerentur exclusi. c. cum omnes. & ibi not. de constit. Sed & hoc non urget: quia quæ superabundant uitiare non solent. I. quæ extrinsecus. & ibi Bart. & omnes. ff. de verb. obl. l. hæredes palam. §. 1. 32 ff. de testamen. cum vulg. † & quæ dubitationis tollendæ causa dicuntur, aut sunt licet superflua non nocent; quia satis operatur in tollenda dubitatione. Abb. in c. certificari. col. pen. de sepultur. Deci. in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. potuit enim uerifimiliter dubitare procurator D. Hieronymi Magnanini ne fratres illi D. Philippi Sertorii ueluti potètes, & de Nobilibus Nonatulanis postea impugnantur donationem sub eo uelamento, quòd ei non interuenissent, & citationem eorum intricarent. Vnde curauit ille procurator, quòd ille D. Philippus de rato promitteret, vt suo clienti magis esset consultum in omnem euentum contra dictum dominum Philippum.

33 † Tertio dicitur, quòd in hoc instrumento dicitur 73. qui interuenierunt duas esse partes ex tribus citatis, & tamen in aliis instrumentis longè plures nominantur, sed & hoc nihil est; quoniam in vno nominantur 86. in alio 56. & sic paulo plures siue pauciores, secundum quòd contingit in istis communitatibus, quandoque aliquos abesse, quandoque non.

34 † Quarto, quòd se obligarunt dicti homines non tantum nomine communis. sed & proprio & hæredum suorum, quòd est ualde inusitatu, sed cum supra dixissent & affirmassent, recepisse ab ipso domino Hieronymo innumerabilia & singularia beneficia sibi tam in communi, quam in particulari concessa, & quæ de cætero concedi poterant, cõsequens fuit, vt utroque modo se obligarent.

35 † Quintò consideratur actum fuisse, quæ nec per superuenientiam liberorum donatio reuocari posset, satis absurdum in donatione facta per communitatem.

Item quòd nec ex defectu causæ finalis, uel impulsuæ, quòd arguit non esse uera beneficia memorata, sed omninò sibi uoluisse donationem firmare. † Sed utrunque non obstat, nam

nam quòd ad primum cum recepissent innumerabilia & singularia beneficia in particulari, & sic uti singulares homines, vt falsi fuerant, & ob id remunerando donabant, vt etiam dixerunt, nolentes in crimen ingratitude incurere, nec tanta beneficia irremunerata relinquere, consentaneum talem donationem per superuenientiam filiorum ipsorum singulariū non reuocari. ut uoluit Socin. post relatos per eum consil. 295. colum. penul. uolum. 2. Dec. consil. 20. in prin. & consil. 366. colum. penul. Quòd uerò ad secundum nescio uidere, quo nã pacto possit in dubium refricari ueritas beneficiorum per dictos homines expressa propria eorum confessione: quoniam in calce instrumenti dicitur, quæ omnia & singula acta, gesta & celebrata fuerunt in præsentia Nobilis Viri D. Hieronymi de Balugula honorandi Capitanei Terræ Nonatulæ, qui auditis omnibus & singulis præmissis, & adhibita etiam causæ cognitione, consideratque quòd omnia prædicta facta sunt per præfatos homines sponte, & hilari uultu, ac nullo metu aut minis interuenientibus. Consideratis etiam singularibus & immensis beneficiis collatis in dictos homines & commune per præfatum magnificum Do. Hieronymum Magnaninum & quæ in dies conferri possunt, suam & præfati Illustrissimi D. Ducis, cuius partibus fungitur, interposuit auctoritatem & decretum in præmissis omnibus & singulis omni meliori modo & c. † cum enim in dicto decreto Capitaneus ille de dictis meritis testetur in ampla forma, utique sic uerum fuisse præsumi debet, quia pro decreto præsumitur, ut not. Specul. de emptio. & uenditio. §. nunc dicendum primò, uerf. Breuiter sequitur, Bal. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. Dec. in c. quoniam contra. penul. car. de probatio. consil. 536. nume. 4.

38 † quòd saltem procedit, quando fuit expressum in decreto, quòd cum causæ cognitione fuit interpositum, prout in casu nostro, ut uoluit Castr. in d. §. si prætor. & in consil. 177. contra superius. cum similibus per Dec. consil. 351. col. fin. in prin. Fely. loco citato num. 33. Alex. in l. sciendum. nu. 26. ff. de uerbo. obligatio. consil. 50. & conf. 80. uolum. 5. Crau. in trac. de antiq. temp. parte 2. nu. 19. Paris. consil. 10. nume. 17. & consil. 98. nu. 12. uolum. primo. Hiero. Galibrick. consil. 23. nume. 6. † Hinc & alibi dicitur, quòd ubi decretum interuenit, præsumitur, quòd ritè & rectè negocium processerit secundum Bal. in d. §. si prætor. & in l. quæcunque. §. si. ff. de public. in rem actio. cū similibus per Alex. consil. 80. uol. 5. Dec. consil. 209. col. 1.

39 Sextò subiicitur, donatam rem cum immutabilibus etiam acquirendis per Magnaninum, quòd non alio tendit, quam quæ communitas uoluerit se pro illo obligare ad onera, quòd contradicit inferius circa gabellam pro parte cõis, ad quam noluerunt dicti homines se teneri.

40 † Sed & hoc nihil releuat, nam cum Communitas donauerit Magnanino ex causa remunerationis, vt dictum est, potuit etiam immunitatem ei concedere pro re donata, & pro illo uelle teneri. Ange. in l. inter debitorem. ff. de pact. glo. in l. uacuat. C. de decur. lib. 10. cum similibus per Nattam consil. 304. col. 3. & consil. 431. num. 22. † At quia non poterat in præiudicium Principis eam concedere, vt iidem Doctores tradunt, noluit dicta Communitas immunitatem concedere Magnanino, nec pro illo teneri ad datia uel gabellam dicti contractus, immo uerò quòd noluerit hoc respectu immunitatem concedere Magnanino colligitur, quòd aliis respectibus bene uoluerit eum subleuare, & immunem reddere, sicut expressit.

42 l. cum prætor. ff. de iudi. † & sicut in conductore uideamus, qui eo ipso quòd expressit casum grandinis, fluminis & hostium quibus teneri noluit, sed locatorem, uidetur de cæteris uoluisse teneri, & ab eis locatorem subleuare, vt uoluit Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de locato. §. nunc dicendum, post Odo. fr. sequitur Ruin. consil. 87. col. fin. uol. 1.

43 † Septimò consideratur euictionis promissio, quæ locum nō habet in donatione, quæ incipit à traditione, Doctores in l. Aristo. §. si. de donatio. Viuius in suis communibus opinionibus opin. 80. Quòd & facillè resoluitur, † cū in donatione remuneratoria bene donator teneatur de euictione, licet donatio cõeperit à traditione, vt uoluerunt Iacob. de Aretio Ray. Bar. Alex. Aret. & Besut. in l. lul. §. 1. demumq; Ias. ff. de iust. & iure. Alex. conf. 47. col. fin. uol. 3. cū similibus à me cumulatis. Infit. de donatio. in prin. nu. 131. quibus nunc addo Ias. conf. 38. col. fin. uol. 1. Boer. decis. 67. Crau. conf. 64. & Gasparem Caballinū in trac. de euictioni. §. 4. nu. 4. qui rationem adducit vt per eum. Quare dicta promissio euictionis fuit expressio eius, quòd tacitè fuisset subintellectū ad abundantè caute lam, non quòd esset necessarium id exprimere.

Octauò ponderatur, quòd in dicto instrumēto Zandorii cõstituuntur tres procuratores ad confirmandum dictam donationem, & de nouo donandum si opus erit, nam si donatio facta fuerat, & munita tot clausulis & obligationibus, non erat opus confirmatione, sed quia noluerant homines promittere, nisi prout in dicta scriptura, curauit ille Furnus, cui donatum fuit nomine Magnanini, vt eligerentur illi tres procuratores cum libera, & qui ad sensum sapientis donarent, in qua donatione secunda facta Magnanino præfenti fuerit additæ dictæ clausulæ superuenientie liberorum, causæ finalis & aliæ supra narratæ, quæ forsan irreperunt in primam: quia Zandorio fuerit persuasum nil referre, licet uerè quando facta fuit non interuenierint. Sed pro solutione cõsiderandum est, quòd antequam procuratores illi donauerint Magnanino

Magnanino presenti, quod fuit in Ciuitate Regii 11. Septembris 1505. bis homines prædicti coadunati solemniter donauerunt cuidam Bertono Vaccario Maffario suo, & Notario stipulantibus nomine dicti Magnanini cum clausulis prædictis. vt in duobus instrumentis patet altero 20. & altero 24. Augusti dicti anni 1505. & semper facta fuit mentio instrumenti Zandorii, & dictum haberi plenam & perfectam scientiam de illo. Vnde dici non potest dictas clausulas in illud irrepisse, nec minus eas in eo non interuenisse stante subscriptione ipsius Zandorii ad instrumentum releuatum, quo vtitur Magnaninus, in qua dicitur illud auscultasse diligenter & inuenisse illud concordare cum suo originali, hæc enim subscriptio mentiretur, si in originali. Zandorii non fuisset dictæ clausula, nec releuat dicere, quod est adulterina subscriptio, vt alterius, qui manum fuerit imitatus, aut quod crediderit instrumentum contine-  
 45 uenire cum originali, ¶ primum enim arguit delictum, quod nõ præsumitur. l. merito. ff. pro soc. secundo repugnat verba subscriptionis, in qua testatur diligenter auscultasse, & cum suo  
 46 originali concordare inuenisse. ¶ Nec illa constitutio procuratorum fuit superuacanea: tum quia per approbationem & reiteratam eorum donationem fiendam Magnanino inducebatur geminatio contractus, quæ multum solet operari. l. balista, cum ibi not. ff. ad Trebellia. Bart.  
 47 in l. scimus. C. de agri. & censit. lib. 11. ¶ tum etiam quia donatio facta per dictos homines rogata per Zandorium procefferat absente Magnanino stipulante Notario pro eo, cui ius nõ quærebatur, nisi post ratificationem. Caltrenf. confi. 195. volum. 3. volum. 2. Dec. confi. 226. & alibi sæpe Doctor. vt per Tiraq. de iure confit. tertia parte, limitatione 30. num. 9. & 10.  
 48 ¶ quo casu sunt opiniones, an interim donans possit pœnitendo reuocare, cum Bald. in l. cum à Socero. columnam secunda. C. de iure dot. & quidam alii dixerint, quod non, de quibus per  
 49 Tiraquel. num. 49. ¶ Communem verò testatur Cagnol. in contrarium in l. fin. num. 273. C. de pact. & in l. quo tutela. S. fin. ff. de reg. iur. Vnde cautū fuit de dictis procuratoribus, qui possent denuò donare, vel cõfirmare donationem Magnanino præfenti, vt si interim non reuocaretur, non possent amplius reuocari, quoquomodo. Item quia in dicto approbationis instrumento, siue denua donatione appositum fuit iuramentum dictorum procuratorū, quod in prima & aliis donationibus non intercesserat. Vnde patet non fuisse vanam dictam constitutionem procuratorum.

Postremò deducta superius aduersus hoc instrumentum fuerunt proposita, vt falsum arguatur, sed vno icu cessant, nam cum ex illo & cæteris subsequens appareat dictos homines donasse dictas res D. Hieronymo Magnanino hoc instrumentum falsum dici non potest, dato, q

scriptura ex aduerso producta esset vera matrix, & ab eo differret in aliquibus, ¶ nam quoties remouentur verba non autem mens ab instrumento, nec simulatur nec falsum dici potest: quia substantiatum in radice veritatis, vt declarat Bald. in l. si ex cautione, quæst. prima. C. de non nume. pecu. Natta confi. 132. nu. 6. & sic via de falso intentata contra Magnaninum vana redditur omnino.

Non prætereo, quòd & dicitur, homines Nonantulæ habere Scedam integram manu Zandorii, Magnaninum verò instrumentum tantū subscriptum manu dicti Zandorii, ergo standū est potius integræ scripturæ illius, quàm subscriptioni: ¶ quia quoties de duabus scripturis dubitatur, semper ad eam recurritur, quæ est rota manu Notarii, & breuior, vt not. Alexan. confi. 105. columnam prima, volumine secundo, vbi dicit, quòd si duæ appareant Scedæ vna extensa, quæ conueniat authentico releuato dato parti, altera verò breuior, quæ differat, statim breuiori tanquam matrici, & magis originali, id enim dicitur Prothocolū, quod est breuius.  
 52 Bertrand. confi. 261. & confi. 321. vol. 3. ¶ Sed hæc consideratio parum confert casui nostro, in quo duæ Scedæ non exhibentur vltra instrumentum releuatum, sed vna scriptura quæ etiã negatur esse vera matrix dicti instrumenti per allegata superius, & non apparente vera matrice dicitur huic instrumentum fidem præstandā,  
 53 ¶ Immo quando apparerent duæ notæ, vna imbreuiata, altera extensa, conueniens instrumento exemplato, & illud & illæ essent eodem die & loco & coram eisdem testibus, dicit Alexan. in dicto confi. col. 2. versu. Tertio respondeo, quod data diuersitate inter vnam notam & aliam deberet intelligi contractus fuisse multiplicatus non probato, quòd semel factus fuerit, adducit Abbatem in c. cum Ioannes. col. 2. versu. Nota quòd vbi testes, de fid. instrumen. quod & in casu nostro forsan dici possent, si verum esset, quòd nota quæ producitur, fuerit dicti Zandorii, potuit enim eã publicare: & quia aderant illi tres dissentientes, fieri potuit, quòd rursus fuerit rogatus eodem die & loco, coram eisdem testibus, nominando omnes, qui primò interuenierant missis illis tribus dissentientibus, sine quibus (vt dixi) poterat actus explicari, & hæc secunda nota licet reperiat, obesse non debet  
 54 huic instrumento & veritati. ¶ Quin & Alexander ibi columna tertia vult, quòd apparentibus duabus notis, quarum vna sit plenior altera propter plura capitula in eã contenta, illi standum esse quæ plenior est per doctrinam Baldi in l. Imperator. circa colum. octauā, versu. Sed nunquid. ff. de stat. homi. quod arguit notæ ex aduerso productæ non esse standum, sed illi cui dixit Zandorius in sua subscriptione concordare instrumentum releuatum, & sic quæ habebat plura capitula priore nota, quæ exhibetur.

Et hæc

Et hæc ex abundantia sufficiant: quia non queritur in hac causa, quòd stetur vni magis, quàm alteri, sed an hoc instrumentum sit falsum, quod si non est (vt verum est) Magnaninus debet absolui.

Pro quibusdam hæredibus matris.

ARGUMENTVM.

De legitima matris ad eius hæredes transmissibili.

- 1 Mater per statutum excluditur à legitima si tutorem filio non petierit infra annum.
- 2 Nisi filius infra modicum tempus decesserit. 13. 14.
- 3 Statutum de præscript. 15. annorum Ferraria recitat.
- 4 Statutum præsumens solutionem valet.
- 5 Legitima transmittitur ad suos hæredes.
- 6 Et etiam ad extraneos. 6.
- 7 Et etiam fructus illius. 7.
- 8 Si fuerit legitima filij, focus. si patris aut matris. 8.
- 9 Sed auctor contra in casu de quo loquitur. 9.
- 10 Debitum ex legis dispositione quando transmittitur.
- 11 Fructus legitime transmittuntur.
- 12 Statuti pars declaratur aliam.
- 13 Statutum præcisum quando dicitur.
- 14 Et quid denotetur ex eo.
- 15 Fructus imputantur in legitimam patri vel matri, quando eos percepit, aliis secus.
- 16 Matri pœna imposta tutorem filio non petenti requirit, vt pupillus & post annum decesserit. ante tutorem petito.
- 17 Ex licet Bart. voluerit, quòd etiam morienti filio infra annum idem sit. 15.
- 18 Baldus tamen contra tenuit. 16.
- 19 Quæ sententia humanior est & receptior. 17.
- 20 Statutum de præscr. 15. annorum locum non habet in actione reali.
- 21 Et est communis opinio. 19.
- 22 Legitima pertinet ad matrem iure dominij mortua filio suo.
- 23 Statutum volens probari solutionem per iuramentum procedit in casu dubio.
- 24 Rationem subijcit auctor. 22.
- 25 Secus vbi clarum est, solutionem non fuisse factam. 23.
- 26 Quæ sententia communis est. 24.
- 27 Item locum non habet in hæredibus creditoris versus similiter ignorantibus factum defuncti. 25.
- 28 Præscriptio statuti non currit minoribus.
- 29 Aut si currit conceditur eis restitutio.

CONSILIUM CXCVIII. **Auxilium meum a Domino.**



DEFUNCTO Michael Papino infante intestato relicta D. Iudith eius matre superstiti, quæ per annos quindecim vixit, nec legitimam petiit in bonis dicti filij vigore statuti Cortignolæ, eaque defuncta relicta hæredibus, qui per annos 18. & vltra dictam legitimam non petierunt. Queritur nunquid nunc eam petere possint.

¶ Et prima consideratione dicendum videtur, quòd nequaquam. Nam quòd attinet imprimis ad matrem statutum met concedit ei legitimam, si pupillo in fra annum secundum ius commune tutorem dari petierit, quod cum nõ fecerit à successione dictæ legitimæ videtur excludenda, sicut de iure communi à totali successione venire excludenda. l. sciant. C. de legit. hæred. l. 2. S. si mater. ff. ad Tertul. & S. fina. Infit. eod. tit. D. meus Riminal. confi. 235. & in additione ad eum D. Ioanes Catrabenus olim concius meus, & tanquam frater honorandus: quoniam cum statutum eam admittat sub dicta conditione, sequitur à contrario sensu, quod tutore non petito dari non admittatur, quod argumentum valet in statutis. l. 1. vbi omnes notant, & ibi dixi. ff. de offi. eius.

¶ Secundo videtur obstare matri prædictæ statutum Ferrariæ, sub rubrica de præscriptione quindecim annorum, quod in subsidium seruatur Cortignolæ disponens, quòd ei cui competit ius agendi, petendi, vel officium Iudicis implorandi, quomodocumque & qualitercunque & ex quacumque causa, præsumatur solutum & satisfactum, si steterit per annos quindecim, quòd debitum non petierit in iudicio, vel extra, & debitor sit mortuus, si verò viuat & iuret soluisse, vel aliter satisfecisse, stetur eius iuramento, ¶ quòd statutum præsumens solutionem valere videtur per notata per Bart. in l. omnes populi. in 2. quæst. tertia quæstionis principalis. ff. de iust. & iure. versu. Ecce alia, vbi dicit, statutum disponens, quòd qui non petit debitum intra decem annos cadat à iure suo, nõ valet, si verò dicat, quòd contractus, vel instrumentū præsumatur fictitium, tunc valebit: quia talis causa excludit peccatum. Idem ergo in casu nostro, in quo præsumitur solutum & satisfactum, & cum Barr. concordat Anchar. in c. 1. car. 17. versu. Item si statuto. de cõstit. Ange. in repet. l. 1. C. de iudic. Roman. in l. sequitur. S. si viam. ff. de vsucapio. & Abb. in c. fin. col. 5. de præscr. Et quemadmodum matri repugnat dictum statutum sic & eius hæredibus, cum tacuerint per annos decem & octo, & vltra in non petendo dictam legitimam.

¶ Istis tamen non obstantibus arbitror in contrarium veritatem versari, nam pro matre statutum